II

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
F
98
NAPOLI

~~Scan. 22 N° 19 ...~~
Scantia E num 15° libro 28 dup.is

EPISTOLA=RVM IVRIDICA-RVM, QVAE CONSI-LIORVM VICE ESSE poſſunt, Libri IIII.

AVTHORE IOHANNE Aurpachio Iuriſconſulto clariſs.

Libraria Concesse



BIBLIOTECAE CAPVCCINORVM CONCEPTIONE NEAPOLIS

COLONIAE AGRIP[PINAE]

Apud Ioannem Byrckmannum

Anno Salutis. 1566.

Cum gratia & priuilegio Caeſ. Maieſt.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

NOBILI, VIRTVTE ATQVE DOCTRINA PRAEſTANTISS. ALEXANDRO MORnauco ab Liechtenbert, Tyrolenſi Iohannes Aurpachius Iuriſconſultus.

S. P. D.

IAMPRIDEM ego ſtatueram operis aliquid mei ad te mittere, mi clariſſ. Alexander, ſed nihil me hactenus id facere prę ter ocium, quo minime abundare ſoleo, prohibuit. Atqui ſuffurandum mihi fuit tandem nonnihil temporis ad colligendas conſarcinandasq́; meas haſce epiſtolas, quarum aliquot iamdudum in Italia, & Gallia, dum illis in locis ſtudiorum cau

ſa ſum verſatus, reliquas poſtea in Germaniam reuerſus, ſcripſeram. Omnium verò argumentum præbuerunt partim amicorum literæ, quibus certis de cauſis, vel, vt vulgo vocant, caſibus conſultus ſum, partim verò rogationes eorũdem fortuitę, dum inter conuiuia & colloquia quotidiana, vt fieri ſolet, de ijs rebus, quæ communiter fieri conſueuerunt, ſermo incidit. Sed & publica Theatra iuſtitiæ, & tribunalia magnam mihi talibus de rebus meditandi, atq; ſcribendi occaſionem præbuerunt. Statim enim, vbi aduocatorum cauſidicorumq́ue de Iuris aliquo axiomate, vel articulo dubitabili controuerſiam audiui, nõ ante quieui, quã aliquam

ex

ex libris meis potioribus deciſionem (quam pro certa haberem) eruerem. Quo facto arbitratus ſum me haud parum profeciſſe, ac multo certiorem faciliorem-queiuris intelligentiam eſſe cõſecutum, quàm ſi omnes omnium doctorũ ſcholas & auditoria abſque intermiſsione aliqua percurſitarem. Multo enim tenacius memoriæ inhæſiſſe meę id perſenſi, quod labore ac inueſtigatione propria perquiſiui, quàm quod alius induſtria congeſtum ex ore itidem alieno perceptum hauſi. Porrò diſputationes etiã crebrę, quas cum amicis quibuſdam meis eruditioribus per Epiſtolas hinc inde miſſas inſtitui, magnam huiuſce opuſculi occupant partem.

Quæ ſcribendi exercitatio homini doctrinę auido & vtiliſsima, & iucundiſsima eſſe ſolet. Tibi verò, mi Alexander, hunc librum, qualiſcunque videri poteſt, ideo dedicare libuit, cùm quod horum meorum ſtudiorum in Germania primum, poſteà etiam in Gallia ſatis longo tempore conſcius atque etiam conſors fuiſti, tum verò maximè quod ab adoleſcentiæ tuæ primis annis ingenium tuum maximopere ſum admiratus. Tua enim conuerſatio mihi totam Gallicanam profectionẽ, quæ nobis poſtremò exceſſuris non valde feliciter ceſsit, multò faliciorem tolerabilioremq́ue reddidit. Quare cùm non minorem in me colendo obſeruãdoq́ue

doq́; curã & ſollicitudinem te ponere cernerem, quàm me in te amando extollendoq́ue conſtantem eſſe ſcirem, ſæpe mecũ ipſe cogitaui, quomodo id efficere poſſem, ne mutuus iſte noſter atque præclarus amor vllo vnquã tẽpore intercideret aut emoreretur, cumq́; expeditiorem ad id, quod maximopere exoptabam, cõſequendum paratam viam nunc quidem non haberem, epiſtolas haſce meas ad te mittere ac publicè tibi eas dedicare volui, vt ſtudiorum noſtrorum communiũ ac profectionũ, quas ſimul haudquaquã faciles peregimus, memor, quotieſcunque intuereris hũc librum, nominis tibi etiam mei in mentem veniret, ſimulq́; ne

auunculis, conſobrinis atq; affinibus tuis Sebaſtiano,& Chriſtophoro Philippo Zottis à Per. negkh, Eraſmo & Ciriaco Haidenreichijs à Pidnegkh, Conſiliarijs Imperatorijs, Viris æterna memoria dignißimis commendandi,quod ſummo à te opere flagito, occaſionem haberes. Quibus viris,imò Iuriſprudentię luminibus ſi meos hoſce labores haud omninò diſplicere ex te intellexero,vel pili facio reliquos vitilitigatores omnes, quoquot honeſtorum hominũ conatus ante quàm intelligũt, carpere conſueuerunt. Quibus cum vt nobis rei atque negocij nihil eſt, ita haudquaquã mihi eorum natura ſic formidabilis fuit, vt ipſorum ronchos contume-

tumeliasque vitare potius, quã amicitiam & amorem noſtrum mutuum propagare maluerim. Vale mi Alexander, & Aurpachium, qui te diligit, ama. Datæ Monachij. Prid. Calend. Iunias. Anno M.D.LXV.

EPISTOLARVM IVRIDICArum, quæ conſiliorum vice eſſe poſſunt, Liber primus.

AVTHORE IOANNE AVRPAchio Iuriſconſulto.

EPISTOLA PRIMA, AD IOANNEM LVDOVICVM Trainerum.

In caſu locationis & conductionis.

QVOD mihi ſignificas, Trainere, nobilem Virum Volradū familiarem tuum, caſtrum cum pertinētijs ſuis, vt loquitur tex. in c. cum ad ſe. apoſt. acceſsiſſent. de reſtit. ſpol. cuidā locaſſe, ac in lege locationis dictum eſſe, vt in ſylua proxima, quæ locato-

ris

ris eſt, ligna quæ ruerent atq; decide-rent, perciperet conductor, accidiſſe autem, vt arbores quàmplurimæ vẽ-torum impetu deiectæ collaberentur, ac ideò dubiam eſſe ea de re conſide-rationem locatoris ne ea ligna ſint, an verò conductoris? etſi videam ego plurima eſſe, quæ circa hunc caſum in vtranq; partem diſputari poſsint, pau ca tamen ſi tam pro locatore, quàm conductore prius attulero, quid iuris eſſe exiſtimem, mox tibi declarabo. Ac primum quidem pro locatore Vol rado caſum adfero ſingularem, quem ex Martino Laudenſi recenſet Bart. in l.j.C. de mancip. & colo. patri. lib. xi. quòd ſi quis caſtrum cum territo-rio locet, non cenſetur loca ſylueſtria intellexiſſe. Ergò cum hic ex ſylua no-minatim ac diſertè ligna cadẽtia ex-preſſerit, vi deiecta intelligi non poſ-ſunt,

ſunt, cum aliàs ex caſu ſupradicto omnino venirent nulla, ſi caduca illa in contractu expreſſa nō fuiſſent. Generaliter enim aliàs, quæ alicuius ſunt momenti, ſi expreſſa non ſunt, præterita eſſe cenſentur, nec intelligi ſolēt, l. item apud Labeonem. §. hoc edictū. de Iniur. l. obligatione. de pigno. ar. l. qui cum tutoribus. ad fi. cum gloſſ. ibi de tranſact. Quo ſpectat eleg. doctri. & text. in l. diuortio. §. ſi fundum. Sol. matri. vbi trad. IC. maritū qui ab vxore in dotem fundum accepit, nequaquam arbores vi tēpeſtatis deiectas, vt fructus retinere, ſed earum preciū ſoluto matrimonio reſtituere. Quod cùm ita ſit in marito, qui dote, quaſi proprijs bonis vtitur, vt di. Bart. in d. §. ſi fundum, & eſt dominus rei dotalis. l. cum poſt. §. in dotem. de Iure dot. multò minus conductor hic noſter arbores

bores vi proſtratas vt ſuas capiet, cũ in lege locationis de ijs tantum, quæ cadant, ſit dictum, nec de illis intelligi poſsit per ea, quæ ſupra ſunt alleg. Nec enim ciuile, nec naturale, imo verò impium foret talem caſum, vt eſt tempeſtas, quæ diuinitus, et fatali calamitate infligitur, expectare. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. oblig. Quo perpenſo & id abſurdi ſequeretur, quod conductor totam ſyluam auferret, ſi omnes arbores talem caſum paterentur. l. arboribus in pr. de vſufru. Quin & id conſiderari poteſt, quod vẽtorum vi deiectum eſt fortuito caſu factum eſſe, quem de Iure nemo præſtat. l. j. in. fi. de pollici. cùm eum non poſsit humanum conſilium prouidere. l. 2. §. ſi eo tempore. de admi. re. ad ciui. perti. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. c. ſæpe contingit. 50. diſtin.

& c. ſi

& c. ſi partem. 55. diſtin. niſi forte in ſe recepiſſet talem caſum locator. l. ſi quis fundum in pr. loca. id quod poſſe facere locatorem multis eſt legib. expreſſum. l. negocium. C. de neg. geſt. l. j. C. manda. l. item quæritur. §. ſi gemma. Loca. cùm eiuſmodi pactio non ſit contra Iuris formam. l. Iuris gentium. §. ſi paciſcar. vers. item, Si quis. de pactis. Porrò certi eſt Iuris, ſi quid vi maiore aufertur, detrimento conductoribus eſſe nō ſolere. d. l. j. C. manda. quia ei reſiſti non poteſt. l. 2. quod met. cauſa. ergò nec ipſi etiam locatori, cùm nō debeat eſſe peioris conditionis, quàm conductor, vt eſt ſimiliter in emptore & venditore, cùm iſti contractus inter ſe comparentur, vt vult Bart. in l. opus. Loca. probatur in l. ſicut emptio. in primis verbis. locati. Sed & aliàs in hoc contractu pro locatore interpreta-

pretatio ſtrictè fieri ſolet, velut ſi dicat locator cõductori: ſyluam ne cædi, vriue ſinito, non tantum ſi forte fortuna cædentem vel vrentem offendat conductor, prohibere debet, ſed cuſtodire & curare debet ſyluam, ne cædatur, vratur, id quod habetur in l. in lege locationis ſcriptum. Loca. l. in illa ſtipulatiõe. de verbo. obli. Ergò etiam in hoc caſu permittens locator caduca ligna, per ſe cadentia, & non vi deiecta intelligi debet permiſiſſe. Horum enim cùm ſit natura eadem, plane ſimilia dici poſſunt, vt d. Bal. in l. humanitatis. C. ad l. Falci. eſtq́; in his eadem qualitas, vt vult Bal. in l. j. col j. C. quæ ſit lon. cõſuet. Et idem in l. j. Verſi. iuxta. C. de furt. quò ſcilicet ad mentẽ locatoris explicandam, qui non intelligi debet, quod voluerit in diſpendium ſuum aliquid plus per ea verba ſignificari,

cari, cùm nemo præſumatur vnquam eam viam eligere, per quam cõtra ſuam voluntatem eatur. l. 3. de teſtam. mili. nec ſuum quiſquam proijcit aut iactat. l. cum de indebito. de probat. Inſuper & in eiuſmodi obligationibus & hoc præſertim cõtractu diligẽter ſpectandum eſt, quid inter vtramque partem conuenerit, nec debent huiuſmodi latæ interpretationes fieri. l. ea lege. in pr. Loca. Collapſa ergo & caduca ligna non de ventorum vi proſtratis intelligi poſſunt, cùm longè ſit aliud, cadere, labi, quàm deijci, ſterni. Contraria enim hæc ſunt, & ſeparata, ex quibus nihil inferri explorati eſt iuris, quia & ratio eorum eſt ſeparata. l. fi. de calum. l. ſi maritus. C. de don. inter vi. & vxo. tractat abb. in con. x. lib. j. Poſtremò & fraudem legi faceret conductor, quia plus acciperet,

quàm eſſet in contractu dictum, & per conſequens vſura intercederet.c. plerique. Vbi glos. eſt aurea de hoc.14. q.3. His & ſimilibus argumentis locator ſuam fundare intentionem fortè poſſet. Nunc quid iuuare queat cõductorẽ videamus. Ac primum caſus fortuitos nocere locatori expreſſe habetur in l. Martius.Loca. Vbi conductus ſi operis partem fecerit, eáque naturali vi, vt vento vel terræ motu quaſſata aut proſtrata ſit, locatoris id eſſe periculo ſolet. Quò referendus eſt caſus ſimilis, qui habetur in l.ſi. Locat.Deinde & proſpicere debebat locator facilè fieri poſſe, vt arbores vento deÿcerentur.l.ſi quis domum.cir.ſi. Loca.atque idcircò in lege locationis diſertè ea excipere, quia propoſitum in mente retentum non releuat, vt di. Bart:in l.cum plures.§. locator.Loca.

cum

cum vulg. Cur enim id non præuideat, cùm quotidie ventorum impetus, atq; aliæ eiuſmodi plures tempeſtates nobis ſint expectādæ?l.in diem, de aqua plu.l.ſi idem §.fi.de Iuriſd. Vbi de hoc latè Bal.& idem.Bal.in l.fi.§.ſed quia. Vers. Siń autem. C.com.de lega.vbi pulch.diſtinguit, quomodo & quando in contractibus conſiderari debeat, quod euenire poteſt, fa.ad ea quoque quæ no. Angel.in §.illud quæſitum. de re.diui.Proinde idem eſt aliquid fieri, aut fieri eius ſimile l.fi.manda.c.ideo cum glos.ibi.37.diſtinct. Suo enim motu, aut vento agitatum decidere ferè ſimilia ſunt, cùm facilè vtrunque coaduniri, & vnum ad naturam alterius redire queat.c. ab exordio.35. diſtin.l.ſi vnus.§. quod & in ſpecie dotis. de pactis.id eſt facile fieri poſſit, vt arbor, quæ hodie vento impulſa collapſa

eſt, perendie fortè ſuo motu decidiſſet, & ſic in vtroque eadem inueniatur ratio, & per conſequens pro ſimilibus ſint habenda. vt do. Fran. Curtius cons. 51. col. 12.

Ego verò his in vtranque partem ita conſideratis & diſcuſſis pro Iuris vera deciſione diſtinguendum eſſe puto atq; in eius, cuius ea de re notio eſt, æſtimatione (vt loquitur Scæuola in l. Theopompus. de dote præleg. & in l. alimenta. in fi. pr. de ali. lega.) & arbitrio totum hoc negocium collocãdum, qui in his & ſimilibus negocijs æquitatem præ oculis habere, vt loquitur Vlp. in l. quod ſi Epheſi. in fi. de eo quod certo loco. etc. atque ex rei qualitate, item ex verbis contractus iudicare debebit, vt pulch. do. Bart. in l. cum in plures. §. j. Loca. Quid enim ſi eiuſmodi arbores fuerint, quas venti modi-

cus

cus impetus ſternat, aut quæ paulò poſt ſuo motu fuiſſent caſuræ, ad cōductorem certè ſpectabunt. l.ex conducto actio.§.ſi vis.vers.ſed & ſi vredo, à contrario ſenſu deſumpto argumento.Loca. Si verò tanta ſit ventorum rabies, vt integras, robuſtas, easque plures ſternat, locatori certè prudens æquusque Iudex adiudicabit. d.§.ſi vis.vers.ſi verò nihil extrà.ſumpto itidem à contrario ſenſu argumento, cuius aliàs generaliter ad officium ſpectat omnia ſecundum circumſtantias perſonarum, conditionis, & rerum qualitates perpendere.l.poſt legatum in fi.pr.de ijs quib.vt indig. Atqui medietatem ſi inuenerit Iudex ità vt nec locatori, nec conductori totum adiudicare legitimè poſſit, diuidi inter eos ligna debere non dubito.per l.ſi merces. Loca.quia aliàs quaſi quædam ſocie-

tas inter huiuſmodi conductorem vel colonum & dominum eſſe cēſetur, vt d.Bart.in d.l.ſi merces.prope ſi. Poſſunt etiam in huius rei argumentum torqueri verba d.§.ſi fundum, ibi, non magis quàm ſi theſaurus fuerit inuentus etc. quæ verba cùm in caſu ferè eodem loquantur, quàm optimè huc quadrant. Poſtremò cælare te nō poſſum, ſi fortè conductor ad refectionem ædificiorum caſtri materia indigeat, eum hoc caſu etiam integras arbores ad neceſſarium ædificiorum vſum ſumere poſſe per d.l. arboribus. de vſufr. nec mirū, cū refectio multò magis, quàm exædificatio in iure ſit priuilegiata.l. interdum. qui potio. in pig.hab. tract. eleg. Zaſius in l. creditor.j.ſi cert. peta. Et hæc volui tibi Trāmere ad tuam conſultationem nunc quidem trāſmittere, vt ſi familiari tuo instructio

nis

nis loco eſſe queant, in promptu habe-as, ac ei ſuggerere poſsis. Vale. An-degany. Idib. Decembribus. Anno M.D.LX.

EPISTOLA II. AD

ANDREAM HARTMANNVM Iureconſultum.

In materia vſurarum.

MEritò te amo, Hartmãne, vel ob id, quòd nuper mihi tam prõpto animo es obſequutus. Officia enim, & obſequium amicos ſecun. tex. in l. j. C. de reuo. donat. Sed & præmium ob id accipere eſſes dignus. ar. l. fi. de ad mi. re. ad ciui. perti. Prudenter autem huius exercitationis vtilitatem conſideraſti. Nam veriſsimum id eſt, quòd dici ſolet, plurimorum inueſtigatione veritatẽ elici, & quod à pluribus quæratur, facilius inueniri, vt dicit Bart.

in addit. ad l.comparationis. C. de fi. inſtru.c.fi.cũ eleg.glos.20.diſtin. Ego verò quòd non ſtatim reſpondi, occupatiunculæ meæ fecerunt quædam, tu mihi facilè condonabis, vbi perpendes quod trad. c.ponderet.50. diſtin.tempore ſcilicet opus eſſe, vt aliquid rectè faciamus. Quin & quod differtur, minimè auferri ſolet.l. cum furioſis. de Iudi. Quòd itaq; ad quæſtionem, quam tu mihi propoſuiſti, ſpectat, tametſi ita euidentibus argumentis vtrinque deductis examinata à te, & diſcuſſa eſt, vt quid vlterius adferam, vix reperiam, tamen ne voluntati tuæ, atq; adeò inſtituto noſtro repugnem, quid mihi circa eam videatur paucis declarabo. Sententia ergò tua, qua vſuras ex omni foro tam ciuili, quàm Eccleſiaſtico exterminandas cenſes, omni quidẽ æquitate ac pietate plena eſt,

eſt, ijs tamen carere vix poſſumus, ſi vt nunc ſunt res mortalium, ac tempora conſideramus iſta, propter quæ certè multa relinquuntur aliàs, quæ eſſent corrigenda.§.ſed neq; in prin. Auten. quomodo oporteat Epiſcopos.&c. quæ res vt fiat exemplo clarior, fingas tibi licet principem aliquem iuſtas & neceſſarias ob cauſas alij bellum indicere, aut iniuſtum alicui bellum indici, atque hic, & ille in ſuo caſu pecunia egeat, quomodo bellum geret, quod neceſſario gerendum eſt? vel quomodo ſuum conſequetur aut retinebit, vimque vi repellet? id quod ius etiam naturæ nobis permittit. vulg. l vt vim. de Iuſt. & Iu. Confugiendum eſt certè ad eos, qui pecuniam tum fortè in promptu habẽt. At hi nonne fundos, agros, poſſeſſiones, aliaq; fortè emere poſſent & vellent, ex quibus iuſtiſſimum pe-

cuniæ ſuæ lucrum capiant? magnis tamen ſollicitati precibus principi pecuniam mutuo dant, cuius ille præſidio ſuum aut retinet aut conſequitur. Iniquum itaq; erit, ſi vſuras eius pecuniæ, quæ aliena erat, quaque ad maximam ſuam vtilitatē eſt vſus, ſoluerit? & ſic pro commodo nullum ſuſtineat onus? contra Iura infinita, quæ hoc impugnant. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cad. toll. l. ſi non fuerint. §. fi. pro ſocio. cum vulg. Quod ſi hæc in toto Iure noſtro vulgatiſſima ſunt & receptiſſima, neminem iactare ſuū. l. cum de indebito. §. j. de probatio. l. ſi ſtipulatus. de vſuris. Et vnumquemq; inuigilare debere ad ſuum conſequendum. l. qui autē. §. ſciendum. l. pupillus. in fi. quæ in frau. credi. Stultum eſſe qui lucrari poteſt & non facit. l. j. vers. Sin autem ſocius. C. de com. ſeruo. ma. l. ſi fundum. de

fund.

ſund. dota. Item neminem eligere quod incommodum ſibi ſit, ſed commodum potius. l. ſi ita ſtipulatus. j. Vbi Bart: & Iaſon de verb. obli. non video, quomodo ex pecunia mutuata quis lucrum accipere non debeat, præcipuè cùm mutuo accipienti & gratificetur plurimum, ita vt videri poſſet, ei tanquam ob beneficium in neceſsitate præſtitũ naturaliter eſſe obligatus, velut eſt creditor debitori, cuius vocatur eſſe cliens. in l. 3. C. de Nouat. Is enim qui mutuò accipit, non exiſtimari debet, ideò accepiſſe, vt domi in arca incluſum teneat, ſed vt vel emat aliquid, vel ſoluat, quod emerit, vel aliàs in commodum ſuum & vſus maximè neceſſarios vertat. ar. l. legatam. in fi. de admi. rer. ad ciui. perti. At æquius videtur, alium mea pecunia vti, & lucrari, me

ri, me verò ex ea lucrum non capere? Imo verò ſtultè ſapit, ſibi qui non ſapit.l.nuper.vers.ſatis. C. de natu.libe.c.ſi Romanorum in pr.19. diſtin. quin & proximus ſum egomet mihi.l. præſes. C.de ſerui. & aqua.l.Lucius §. Sempronia.de leg.2.& ordinata charitas à ſeipſo incipit c.qui vult. de pœnit.diſtin.3 vulg.enim verſiculo: Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum. glos.in.c.j.in pri.ne ſede va.in extrauag. Huc ego referre ſoleo, quod ipſi nobis tradunt canones, leges neminem cogere, vt benefaciat, ſed ne malefaciat prohibere. c.ad fidem.23.q.5. l.2.§.item Varus. de aqua plu.Item nemo de proprio beneficium conferre cogitur. c. precarie. 10.q.2. Inde à contrario ſenſu, qui benefaciat alicui, etiam hoc caſu lucrari ab eo poſſe exiſtimandus eſt. Quis enim ſacrum gratis vult

*tis vult cuſtodire ſepulchrum? Spe-
cul.in fi.procemij. At quod poteſt eſſe
beneficium maius quàm pecuniam pro
priam alicui iu neceſsitate in eius v-
ſum, lucrum & commodum vſurpan-
dam elargiri? qua quis interim ſuis re-
bus maximè conſulere poſsit. Certè
liberalitatis hæc ſpecies mihi quidem
videtur dici poſſe, quæ vt iura volunt,
renumeranda eſt l.2. de operib. publ.
Quare vſuras planè pro temporum
iſtorum ratione & humanarum re-
rum ſtatu, exigi poſſe puto, ad quod
me aliæ quoq; rationes mouent. nam
& rapinis & furtis, alijsque flagitijs
per hoc velut medium quoddam ocur-
ri poteſt, vt trad. glos. in c.j. diſtin.10.
præcipuè verò id ita ſentio, ſi medio-
criter & ſecundum l.eos. C.eo. exigen-
tur, vt centeſima quarta pars ſuma
tur. Nec obſtat, quòd Iure Canoi. pro-
hibitæ*

hibitæ ſunt, quod ſtrictè nimis conſcientiam conſiderans, nequaquam rerum humanarum neceſsitates & commodiorem adminiſtrationem animaduertit, quod quidem ſi in omnibus ſequamur iampridẽ Monachi erimus, quotquot ſumus, tempora nos atque præſentem rerum ſtatum inſpiciamus neceſſe eſt. Quid enim quòd Moyſes permiſit pertinaci ac duræ diuortium genti? Vt grauius malum vxoricidium euitaretur, quod refert Bart. in Autent. ad hæc. C. eo. & no. in d.c.j. diſtin. 10. fa. c. ſi quod verius. 33. q. 2. Quod cùm Ius cano. ſic omnia velit gratis dari, cur admittit intereſſe, vt c. conqueſtus. ext. eo. & refert Bart. in l. j. C. de ſum. trinitat. & glos. in l. 2. C. eo. Hoc autem tantam habet cum vſuris cognationem, vt & ipſum Ius Cano. vſuras per-

*permittat, ſi nomine intereſſe pe-
tantur, de quo eſt caſus in gloſ. d.c.
conqueſtus, & apud Bart. in d. l.
j.C. de ſum. Trinitat. Ex quo autem ſe
fundat Ius Cano. Mutuum date nihil
ſperantes. c. conſuluit ext. eo. hiſce
noſtris temporibus locum non habet,
vt facilè vnuſquisq; qui in mundo ver
ſatur, videre poteſt, quæ quidē tempo-
ra abſq; his & ſimilibus medijs tolera
biliter gubernari nō poſſunt, vt ratio-
nibus ſuprà adductis probatū eſt. Por
ro leges ſacros quidem Canones ſequū-
tur, ſed id nō eſt ſemper neceſſarium,
vt in hoc videmus caſu. Conſtat enim
Chriſtianiſsimum fuiſſe. Imp. Iuſtinia-
num, vſuras tamen permiſiſſe tot. tit.
C. de vſur. quia vſuræ quoad fidem nō
faciunt hæreticum Bart. d. l. j. C. de
ſum. Trini. tract. abb. conſ. 47. lib.
. Et neceſsitatis cauſa fiunt plurima,
propter*

propter quam etiam diuina frangitur reuerentia l.omnes.C.de ferijs. Poſtremò quod ex pecunia tanquàm re ſterili fructum non expectandum Ariſtoles cenſet, non eſt tanti momenti, quin inuerti poſſit, cùm pecunia ſtatim poſſit in ea commutari, quæ fructum in ſe ſint habitura, & ſic res facilè ad naturam redeat eius, quod licitum eſt, ar.l.ſi vnus.§.quod & in ſpecie dotis. de pact.c.ab exordio.35.diſtin. Neque verò pecuniarum verus & naturalis vſus ob id tranſfertur, quod in vſuras dantur, & ſi primum propter permutationis difficultatem ob aliud inuentæ ſint. Quia nihil eſt, quod tempore non accipiat incrementum ar.l.legatis ſeruis.§.ornatricibus de leg.3.l.mili tes.C.de re milit.lib.12.Inde qui inuen tis aliquid addit, laudabilior inuentore habetur. l.j.C.de vet. Iu.enucle.

Cùm

Cùm enim ob vtilitatem hominum ſit inuenta pecunia, cur hæc vſurarum vtilitas interdicatur? An non perinde eſt fieri hoc, vel eius fieri ſimile? l.ſi. Manda.c.ideo.cum glos.ibi.37. diſtin. Sed quod iniquum ſit mutuò dantem & vſuras percipientem non habere rei mutuatæ periculum cum debitore haud omnino mihi probabis ex tua l. ſi vnus.pro ſocio. Siquidem lõgè aliud eſt in ſocietate, quàm pecuniæ mutuatione. Neq; enim qui mutuò dat præter vſuras quicquàm percipit, etſi multò plus, qui mutuò accipit, lucretur, quod aliter habet in ſocietate, in qua meritò periculi participatio eſt. Eſt enim & lucri totius.l.ſi igitur. pro ſocio. Quid enim ſi duplo plus quàm pro vſuris ſoluat, lucretur? quæ hîc iniquitas? quæ iniuria? imò quæ potius nõ æquitas? quod non cõmodum vſuras ſol-

uentis, cùm plus accipiat, quàm expendat? Neque igitur ſecundum commune ſocietatis Ius perpendenda hæc ſunt, cùm ratio ſit diuerſa, ex qua iuris oriri diuerſitatem quis neſcit? ex l.j.in fi.de calum. Ariſtotelis rationes & aliorum, quas refers, parum curo, cùm Platonicam ſapiant Rempub. & huic noſtro ſtatui vel parũ, vel omnino non conueniant. De immodicis autem atq; iniuſtis vſuris me loqui haud putes, nam hæ Iure quoque ciuili illicitæ ſunt, & condici eas poſſe non ignoro. ex l.ſolutum.§.ſi in ſorte. cum glos. de.pig.acti. ſed ijs, quæ Iure Imperatorio ex d.l.eos.peti poſſunt, vel nomine Intereſſe. Quæſo enim, quid aliud eſt, ſi fundum tibi vendidero, tuque eius fructus percipiens ad terminum pecuniam haud ſolueris, eius quidem pecuniæ vſuras, non quidem vt vſuras,

raſ,ſed tanquam Intereſſe petam. Vt do.eleg.glos.in d.c.cõqueſtus.& Bart. in l.filius.§.filia.de colla.dot.fingamus pecuniam tibi datam mutuò, teque fundum emiſſe & percepiſſe fructus ex eo, non æquum eſt, vt vſuras perinde, atque in caſu ſuperiori ſoluas, cùm eadem vtrobique ratio militet.l. vnica.de bo.poſſ. ex teſt. milit.l.à Titio.de verb.obli. cum ſimilibus. Sed hæc hactenus. Tuum de hac re iudicium expecto mi Andrea, idque vt mihi quamprimum communices, atq; pleniſſime inſtruas non aliter te atque Licinius Rufinus Iulium Paulum olim, vehementer rogo, vt refert ipſe Paulus in l. pen. quib. ad libert. procla. non licet. Vale. Andegauij. X. Ianuarij. Anno M. D. LXI.

EPISTOLA III. AD

AD HENRICVM DOMINVM ab Staremberg, Liberum Baronem.

In materia feudali.

HAE tres arces Schaunburg, Stauff, & Euerting mancipia fuêre Comitũ à Schaũburg. Cæterũ ob bellum à Domino Henrico ab Schaũburg, qui multis antè annis vixit, aduerſus Archiducem geſtum, mancipia illa feuda ſunt effecta, hac tamen conditione, vt ad maſculos ſimul & fœminas hæredes peruenirent. Iam autem cum Vuolfgãgus eius familiæ vltimus nullis ex ſe relictis liberis, relictis tamen ſororibus mortem obijſſet, Imp. illa feũda ſibi attribuit, inquiens: Etiamſi feuda ad maſculos & fæminas hæredes data ſint, tamen cùm hic Comes ſine vllis liberis obierit, illa

adſe

ad ſe iure pertinere. Κρινόμενον igitur eſt, vtrum cùm dictum eſt, illa bona ad maſculos & fœminas data eſſe tam collaterales, quæ ſunt ſorores, quàm deſcendentes intelligi debeant. Si decidetur quòd ſic, facilè obtinebimus, ſi decidetur, quod non, ſuccumbemus. Si Imp. accuſatio & Principis edictum, quo illa feuda Comitibus à Schaunburg data ſint, in promptu eſſent, minus laboraremus, & res clarior eſſet. Interea Aurpachi rem mihi feceris gratiſſimam, ſi de his tuum iudicium nobis aperies. Hæc ſunt verba Domini Henrici ab Staremberg, cui nos ita reſpondimus. Re ipſa comperi nuper Generoſe Domine Henrice, verum id eſſe, quod Vlp. dicit in l. j. in ſi. pr. de exer. act. interdum locum & tempus non pati plenius deliberandi conſilium. nam cùm tu mihi proximè

narrares de cõtrouerſia, quæ vobis eſt cũ ipſo Principe veſtro de auito quodã feudo, memini me tũ multò aliter reſpondere quàm nũc poſſum, poſtquã negocium ipſum literis cõprehenſum ad me miſiſti. Quod autẽ tũ aliter pronunciaui, factũ eſt, vel ex eo, quòd rem nõ ita, vt erat, perceperam, vel quia iudicia hominũ aliàs nõ ita ſunt expedita ſemper, vt ſine matura deliberatione non aliquando errent. Hinc id eſſe puto, quod de infirmitate humanæ memoriæ Papinianus conqueritur in l. peregre. de acqui. poſſeſſ. & Iuſt. noſter in l. iubemus. C. de teſta. Verum vt ad rem accedamus, quod petis, vt iudicium meum de caſu, quẽ mihi propoſuiſti, tibi mittam, faciam id, vt debeo, perlibẽter, facturus id quidẽ libẽtius multò, ſi aliter mihi fuiſſet decidẽdum. Sed à iuris tramite nobis, qui iuris

ris profeſsionē amamus, eiusq́; Sacerdotes dicimur l.j.de Iuſt.& Iure, haud quaquam diſcedendum eſſe video, ne quod contra ius & leges ſtatuamus, per ipſaſmet leges diſſoluatur, vt ait c.vides.10.diſt. Quòd itaq; ſcribis feudum dictorū caſtrorū ita datū eſſe, vt ad maſculos ſimul & fæminas perueniret, poterat prima fronte videri, fæminas ſimul cū maſculis vocatas eſſe. Nam aliàs natura huius particulæ: ſimul &: talis eſt, vt cōiungat. Et ſic eſt omnino de iure cōmuni dicendū. Ecce enim Titiū ſimul & Semproniū hæredes inſtituiſti, ipſi certè ſimul æqualibus partibus nō ſucceſsiuè ad hæreditatē veniēt, vt no. glos. in l. Gallus.§.j.de libe.& poſt. At in feudo lōgè aliter ſe res habet, quia tametſi per hæc verba, ad hæredes maſculos ſimul & fæminas, feudum detur ſimpliciter, nunquā

tamen ſimul venient fœminæ cum maſculis, ſed ipſis tandem maſculis omnibus deficientibus, id quod pluſquam notum eſt.lib.j.feud.tit.8.§.filia & tit.6.lib.j.§.quin etiam. Et ſic ex natura iuris feudorum infringitur natura copulæ, vt non æqualitatem ſucceſsionis, ſed ordinem ſignificet, vt do. eleg. Zaſius.in tit. de ſucceſſ.feud.col. IX. neque id eſſe debet mirum, cùm aliàs ſi quis feudum pro ſe & ſuis hæredibus acciperet, maſculi tantū non fœminæ intelliguntur, etſi fœminæ hæredes ſint.vers.hoc autem. tit.j.lib. j.feud.vers.profectò.de leg. Corra.lib. 2.feud. Quòd autem ſcribis, ſi tenorem inueſtituræ, qua illa feuda Comitibus ab Schaunburg primùm conceſſa ſunt, haberemus, minus nos laboraturos, prudenter id ſanè ſcribis. Nam totum hoc negocium in verbis inue-

inueſtituræ conſiſtit, cuius tenor ſemper eſt conſiderandus lib. 2. feud. tit. 18. in fi. Quid enim ſi fortè ita habeat inueſtitura, vt conceſſum ſit feudum maſculis ſimul cum fæminis, aut fæminis ſicut maſculis, aut ſub alia æquipollente oratione, certè quin hoc modo fæminæ cum ipſis ſuccedant maſculis non eſſet dubium. ita ſing. do. Bal. in l. quoties. C. de ſuis & legit. vt refert Fr. Cremen. ſing. ſuo. 70. nec deeſt ratio. Cùm enim huius inueſtituræ verba ſint aperta, non opus eſt coniectura. l. continuus. §. j. de verb. oblig. Quid enim nos quæramus amplius, cùm de Domini in fæminas voluntate conſtet, vt loquitur Alua. in tit. de eo qui pro ſe & hæred. lib. 2. feud. quia autem inueſtituram non habemus, ſemper intelligitur cõceſſum feudum ſub hac formula, maſculis & fæminis.

nis. ex quo ſequitur fæminas ante nõ venire quàm omnes maſculi deficiant d.§.filia cũ alijs ſuprà citatis. Verum id quod iugulum huius cauſæ petit, in feudis id receptiſſimũ eſt, vt fæmina per maſculos ſemel excluſa, perpetuò excluſa cẽſeatur, id eſt, ne tunc quidẽ admittatur, cũ deficiunt maſculi, qui eas ſemel excluſerũt, ſed reuertatur potius ipſum feudũ ad dominum. de quo eſt tex. in d.§. quin etiã. ibi dũ dicit relicto maſculo vlterius fæminæ nõ admittũtur. Ex quo Bal. aliud infert multò fortius, nẽpe ſi ſtatutũ ſit, vt filia nõ ſuccedat cũ fratribus in bonis paternis, & exiſtãt fratres, qui eas iã excludãt, & poſtea iſti fratres moriãtur, tamẽ ſorores tanquã ſemel excluſas nõ amplius ſuccedere, ſed ad agnatos potius hæreditatẽ deuolui. Ita dicit Bal. in d.§. quin etiã. quod ſi verũ eſſet, multum ad hoc noſtrum

noſtrum propoſitũ faceret. Simile eſt quod Alex. dicit, filias ſemel ſimpliciter excluſas nõ ſuſpẽſiuè, perpetuò excludi. cõ. 19. lib. j. nu. 7. & cons. 53. lib. 6. nu. 4. Si enim hoc in iure cõmuni procederet, multò magis locum haberet in feudis, vbi aliàs facilè fœminæ excluduntur. Neq; verò tantum fœminæ, vt dictum eſt, vlterius non admittuntur, ſed nec etiam ex ijs progeniti maſculi, id quod tractat Zaſi. & ita concludit plurimorum auctoritatem allegans in tit. de ſucceſſ. feud. col. XII. cùm enim antecedens deſtructum ſit, corruit meritò & conſequens l. j. de Offi. eius &c. & cùm principalis cauſa non ſubſiſtat, non debet etiam ſtare, quod ex ea eſt. l. nihil dolo. de reg. iuris. quibus rationibus vtitur Zaſi. in d. loco, ſed exiles ſunt hæ & parũ adiuuãt. Multò fortius eſt ad hoc probãdũ, quod

dicitur

dicitur in d.§.hoc autẽ.tit.j. lib.j.feud. ſi ſit ſtatutum vt fæminæ ſuccedant parentibus perinde vt maſculi, eas tamen in feudis non ſuccedere, nec eas tantum inquit tex. ſed & earum liberos, & hoc docet etiam eleg.glos. in d.§.filia. Ex hoc liquere arbitror Henrice, dictum feudum ad Sorores Vuolfgangi Comitis tanquam ſemel excluſas peruenire non poſſe. Saluo tamen doctiorum iudicio. Andega. XIII. Auguſt. An. M. D. LXI.

EPISTOLA IIII. AD IOANNEM LVDOVIGVM Trainerum.

In materia Baptiſmi.

QVæſieras ex me nuper, Trainere, an ſi fortè Iudæus, vel aliàs infidelis quiſpiam, quos Canones noſtri paganos vt plurimum appellant, puerum

puerũ baptiſaſſet, poſteaquã infidelem eum eſſe conſtitiſſet, puer ille rebaptiſandus eſſet. Quam ego ad quæſtionẽ tum ita me reſpondere memini, vt iure noſtro expreſſum eſſe reperi. Verum vt vberius voluntati ſatisfacerẽ tuæ, pauca quædam ea de re capita congeſſi, quæ tibi mitto. Ac primùm quidem irritum eſſe baptiſmum debere, nemo eſt qui facilè non putet multas ob cauſas. Nemo enim id dare poteſt, quod non habet, de quo eſt tex. vltra. vulg. in l.3. de pigno. in c. Daibertum. in fi. j. q. 7. Iudæi autem & infideles Sacramenta non habent, cùm nullis conſtitutionibus Canonicis arctentur. c. gaudemus. de diuort. Deinde cùm Baptiſmus ſit ianua & fundamentum omniũ Sacramentorũ. c. fi. de preſb. non baptiſ. item & nobilius reliquis Sacramentis habeatur,

vt

vt not.Ioh. And.in addit. ad Specul. tit.de Deci.& Abb.in c. cùm contingat.ext. de deci.Videtur omninò ab infidelibus tractari non poſſe. Nec enim decet ante porcos margaritas. Item in Baptiſmo alium ſuſcipere non poteſt, qui baptiſatus nō eſt.c in baptiſmate.de pœnit.diſt.4. Multò ergo minus baptiſare. qui enim nō poteſt quod minus eſt, non debet poſſe, quod eſt maius.l.ſi adulterium cum inceſtu.cir. ff.de adult.quíque paruo indignus eſt, multò magis indignus eſt maiore. l.4. Vbi bo.glos.de ſenato.Ac ſane ſi in minoribus adhibenda eſt diſcretio, multò magis in maioribus l.j.§.2. ad Carbo.c. ff.7.q.2. Porro apertus eſt textus in c. quos à paganis.ead.diſt.4. vbi Gregorius Pōtifex iubet rebaptiſari, qui à paganis erāt baptiſati. Quin & B.Cyprianus & multi alij putarunt apud Schiſmati-

maticos baptiſmũ non eſſe.c. quomodo exaudiuit. ead. diſt. 4. ergo multò minus apud infideles. His autẽ nõ obſtãtibus, contrarium veriſſimũ eſt, quod ſi quis à quocunq; etiã Ethnico ſit baptiſatus in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti, rebaptiſari nunquã poſſe. Clem. vnica. cum nota. ibi. de baptiſ. dũ modo & intẽtio baptiſantis & baptiſati ea ſit, vt baptiſare & baptiſari velint, vt trad. Innocẽ. in c. j. de baptis. Idem eſt etſi in nomine Ieſu tantum baptiſatio fiat. c. propria. eadem diſt. 4. Vel in nomine ſanctæ Trinitatis. c. ſi re vera. & c. de arrianis. ead. diſt. 4. Spiritus enim Sanctus verbis illis inuiſibiliter & miraculoſe accedens operatur. vt late tra. Abb. c. ſi. de baptis. licet qui verba ea proferat vel paganus ſit vel Iudæus, quia non homo eſt, qui baptiſmi gratiã ſubminiſtrat,

ſed

ſed Spiritus Dei.c. Romanus. cum.c. ſequen.ea.diſt.4. Atqui cùm dicatur Vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma eius ablutio nulla reiteratione eſt violanda, ſed ſola ſpiritus ſancti ſanctificatio inuocanda, vt quod per infidelem gratiæ non accipit, conſequatur ad Eccleſiam reuerſus. c. hanc regulam.j.q.j. & c.ſi quis per ignorantiam. j.q.j. Quid quòd Dominus nobis minatur? Tolerabilius erit in die Iudicij Sodomitis quàm vobis. Sacramenta hæc in bonis ſunt, ſed & in peioribus quã ſunt Ethnici. c.nonne Sodomitæ.j.q.j. Sacramentum enim quo ad ſe, Sacramentum manet, apud fideles tamen operatur charitatem, quæ vera apud infideles & eos, qui extra Eccleſiam ſunt eſſe non poteſt. c. multæ autem.j. q.j. Si quis verò aliter ſit baptiſatus, quàm per verba ſuprà à nobis recitata, quæ

ta, quæ ſubſtantialia ſunt, vt faciunt Pauliniſtæ.c.Pauliniſtæ.j.q.j.certè rebaptiſandus eſt.c.ſi quis confugerit. j.q.j. Verbum enim, vt Auguſt. inquit, facit Sacramentum, non quia dicitur, ſed quia creditur, in quo aliud eſt ſonus ipſe tranſiens, aliud virtus manens.c.detrahe.j.q.j.vnde à Iudæo baptiſatus ab ipſo baptiſante gratiam non habet, ſed verbo, quod ad Eccleſiam rediens, vel in eo exiſtens, ſi fortè in ea baptiſatus fuerit, credit.c.quamuis.d.diſti.4. Pone enim, qui paganus natus ſit, à fideli baptiſari, Baptiſmus certè apud eũ Baptiſmus, id eſt, Sacramentum erit, atqui ſi ad Eccleſiam ſe non aſſociauerit, in qua charitatem adipiſcitur, nihil proderit.c.ſolet etiam d.diſtin.4.Imò in perniciem ei vergit.c.non ſanat. & c.omnia.j.q. j.Ergo per conſequens Chriſtianus na

tus ſi ab infideli baptiſetur, baptiſmus in eo erit Sacramentum, cuius poſtea gratiam in Eccleſia conſequitur, quia perſona loquentis, vt ſuprà probauimus, nihil facit, ſed verbum, cui poſtea conformiter in Eccleſia viuit, nec in flagitijs permanet. c. ſicut vrgeri. j. q. j. Sed ex eo etiam probari poteſt, baptiſmum per verba ſubſtantilia ritè datum, Sacramentum permanere, quia aliàs quotieſcunque quis ab Eccleſia recederet, eſſet rurſus baptiſandus, quod abſurdum eſt. d. c. quomodo. d. diſt. 4. Sic enim prodeſt Baptiſmus etiam à quocunque datus etiam infideli, cùm illa fictio veraci confeſſione receſſerit, id eſt, cũ à pagano baptiſatus, vt fidelis in Eccleſia viuit. c. tũc valere. d. diſtin. 4. Poſtremo quòd ſi cogat neceſſitas, vt ſi forte apud parturientem ſit nemo præter Iudæum, & in=

& infantem baptiſari ſit neceſſe, certè nihil negligēdum erit. c. ſi quicquid eſt. d. diſtin. 4. niſi enim baptiſari permitteret & humanitus quid accideret, contemptus Sacramenti æternæ mortis cauſam præberet. c. baptiſmi vicem. d. diſtin. 4. quia ſine Baptiſmo nemo ſaluatur. c. venerabilis. ead. diſt. 4. Cùm ergo maius hîc periculum verſetur cautius agendum eſt. c. vbi periculum. de Elect. in 6. præſertim cùm iſthæc neceſſitas legem non habeat. c. conſilium. de reliqui. & vene. ſancto. c. ſicut nō alibi. de conſecrat. diſt. j. tract. Bart. in l. j. C. de ope. lib. Ex his igitur concludo, Baptiſmum nunquam reiterandum à quocunque ſit datus, dummodo verba ab ipſo Chriſto Eccleſiæ tradita, non defuerint. Secus ſi, vt quidam Hæretici olim fecerunt, tantum in nomine Domini Baptiſatum

D ij ſit,

ſit,quos rebaptiſari certum eſt,d.c.ſi reuera.d.diſt.4.nec obſtat,quod dictũ eſt,neminem id dare poſſe, quod non habet,l.3.de pigno.c.Daibertum.in ſi. j.q.7.quia in baptiſmo locum non habet,cuius vis & efficacia non ab eo venit,qui dat,ſed verbi potentia, quod profert.d.c.Romanus.Sed ſimpliciter hoc non ſemper procedit,cùm perdere quis poßit, quod non habet.l.omnes. de vſufru.quemadmodũ cauea. Quòd autem obijcitur nobilißimum eſſe ac principale Sacramentum, id tam non eſt contra nos,vt nobis potius ſeruiat, quia enim ianuam præbet alijs Sacramentis,eò magis debet valere Baptiſmus,cùm iam factus eſt, præſertim ſi ritè,id eſt,verbis ſubſtantialibus non omißis res eſt peracta. ar.l.ſancimus. C. de admi.tutu.l.Gracchus C.de adul. c.ſi ea.25.q.2. Neque enim nos permit

timus

timus paganis vt baptiſent, ſed ſi baptiſauerint, rebaptiſandum non eſſe, euincimus, cùm multa aliàs facta tolerentur, quæ fieri non permittuntur. l. Patre furioſo. de his qui ſunt iuris. c. dilectus filius. de ſponſa. Item quòd ſuſcipere non poteſt ex baptiſmo, qui baptiſatus non eſt, nobis negocium non facit, nam ſi ſuſcepiſſet non baptiſatus, æquè id quoque toleraretur, atque toleratur, cùm baptiſauit, Imo multò magis. Cùm enim toleretur maius, tolerabitur et minus. l. nec in ea. de adul. tract. abb. con. 32. lib. j. Porro nec d. c. quos à paganis, obſtat, quia ibi non erant adhibita verba ſolennia Eccleſiæ. Vnde meritò baptiſmus eſt nullus. d. c. ſi re vera d. diſt. 4. Quòdque vltimo loco de Cypriano & alijs adductum eſt, ex d. c. quomodo exaudit. facilime reuellimus verbis ipſiuſmet Ca-

nonis, vbi dicitur eos in hoc eſſe falſos, quod Sacramentum ipſum ab effectu & vſu Sacramenti non diſtinxerint. His ergo ſic diſcuſſis, baptiſmum nunquam reiterandum eſſe, certè certius eſſe affirmamus, cum d.c. hanc regulam. j.q.j. Andegany. XVI. Ianuary. Anno M. D. LXI.

EPISTOLA V. AD ANDREAM HARTMANNVM Iureconſultum.

In vſurarum materia.

PLurima ſunt atque ea quidem accuratè à te acuteque ſcripta & ad me tranſmiſſa nuper Hartmanne, quibus meam de vſuris reſponſionem euertis, ea omnia repetere nunc nō libet, ſed ad pauciora cùm reſpondero, ad quæſtiones, quas mihi propoſuiſti, deſcendam. Ac primum quidem neceſſi-*

ceſsitatis, atque etiam vtilitatis cauſa, pro horum temporum ratione in Repub. Ciuili eas retinendas ſuprà probaui propoſitis exemplis, cui meæ ſententiæ adſtipulari videtur Ioh. And.in addit.ad Specul. tit.de vſur. ſimilia referens ibi exempla, quid, inquit, ſi oblata ſit hæreditas ſplēdida, & legata ſint ad cauſas pias ſoluenda, nec poſsint inſtitui, adſit fœnerator, qui mutuet pecuniam. Quin ſe de facto vidiſſe damnatum quendam capite, & pœnam eam in pecuniariam mutatam refert, ſaltem, vt intra ſtatutum terminum ſolueret, quod abſque fœneratore non poterat. Nonne hæc rationabilis eſt neceſsitas, quæ ſententiæ ſuffragetur meæ? Accedit, quod cùm hodie rebus mortaliū ſic habētibus & moribus ſint inductæ, & receptæ rèbus, vt loquitur glo.in l.j.

C.eo.cur eas exterminãdas cẽſeamus, cùm in ijs & dantis, & accipientis verſetur vtilitas, vt in ſuperioribus à me probatum eſt, & iam citata glos. idem doceat. De moderatis autem, et, vt ſic dicam, iuſtis ſemper loquor, vt qui iniuſtas & illicitas etiam Iure Ciuili condici poſſe haud ignorem, vel ex. l. ſolutum. §. ſi in ſortem cum glos. ibi. de pigno. actio. Quin tu ſi eas ex foro ciuili tollas, quot leges, quæ de ijs tractant, tolles? ſanè innumerabiles. Quòd autem Bart. in l. j. C. de ſum. tri. & in Aut. ad hæc. C. de vſur. dicit eſſè de mente Imp. vſuras illicitas de iure & prohibitas non eſſe, etſi de poteſtate non ſit, id quod hanc poteſtatem habere videtur, vt loquitur Papin. in l. in ratione. §. quod vulgo. ad l. Falcidi. quod ſcilicet in eo Iuri Cano. præiudicare non potuerit. Quid enim impediat,

quo

quo minus relinquat Iuri Cano. ſuos Clericos Imperator, & forum ſuum ſuis gubernet legibus, hoc præſertim noſtro ſæculo, & cum in ijs moderatis, & ſecundum conſtitutionem l. eos. C. eo. expreſsis non vlla verſetur iniquitas? Confirmat hanc meam interpretationem eiuſdem Ioh. Andreæ dictũ in d. addit. ad Specul. vocare quidem legiſtas vſuras illicitas, non tamen exiſtimare prohibitas. Quod ſi etiam ex Iure Cano. vſuræ peti poſsint, ſi nomine Intereſſe petantur, vt in ſuperioribus probaui, & no. eleg. glos. in l. 2. C. eo. cur non poſsint iure ciuili etiam conſideratis conſiderandis, ſi promiſſæ ſunt ex ſtipulatu peti, non video. l. creditor. C. eo. cùm natura ſua contractus ſint initio voluntatis, poſtea neceſsitatis, vt in ſimili dicitur de mãdato in l. In cõmodato. §. ſicut. cõmod. De

cõtractũ bonæ fidei redderet nullũ.l.ex empti.§.ſi quis virginẽ. de acti.empti.l. ſi dol.C.de.reſcin.vendi.Sed de ea deceptiõe loquor, quæ negligẽtia contrahẽtium & voto cõtingit, vt quod vẽditor maximo vẽdere, emptor minimo emere cupit.qua de re eſt eleg.tex.in l.ſi voluntate.C.de reſcin.vẽdi. quæq; docet homines ſupinos cautius mercari, vt ſibi imputẽt, quod ita cõtraxerint, nec ob quãlibet cauſam contractũ reſcindere valeãt.l.j.vers.quæſitũ eſt.de Separat. Ad Aut.verò de Eccl.titul.quã tu plurimũ vrges, reſpõdeo, haudquaq; præſumi poſſe Imp.voluiſſe vnico verbo dicẽdo ſcilicet quatuor cõcilia obſeruãda eſſe, totã vſura.materiã cõmunis vtilitatis cauſa tot vigilijs excogitatã, tot leges tãto labore, tã magna opera cõpoſitas ſubuertere, tollere, abrogare, l.ſi quãdo.in.fi.pr. C.de inoff.teſta. & quæ ſimili-

ſimiliter not. de iudicijs Panor. in con. 25. j. parte. præcipuè cùm conſtitutionem de ijs operoſam antea & æquiſſimam ediderit, qua ad mediocritatem eas redegit. l. eos. C. eo. cum ſequẽtibus. Quin & ex ipſis Cõcilij Nicæni verbis vix colligi poteſt, omnes vſuras prohiberi. Indignatur enim in centeſimam & aliarũ, quas nominat, iniquitatẽ. c. quoniã. 47. diſt. Imo ipſemet Iuſtinianus in eadem alle. Autent. de Eccles. titul. § . ſi autem hæres vſuras ad pias cauſas concedit. Sed hîc mihi vna cum glos. obijcies piarum cauſarum fauorem, de quo ſunt caſus in c. j. etiã et c. conqueſtus. ext. de vſur. quaſi verò pulchrum ſit vſuras alioquin tantopere damnatas in pijs cauſis locum habere, cùm principes ſæculares in ijs, quæ morum correctionem inducunt, fiſci ſui minimè habeant rationem. l. j.

C. de

C.de Ince.nupt. Volemus ergo Laicis & ſæcularibus in negocijs vſuras prohibitas eſſe, & ab Eccleſiaſticis in ſuis pijs cauſis exigi poſſe exiſtimabimus? nequaquam verò id commodum mihi videtur, cùm morum in eo correctionem inducant, & fraudes compeſcere nitantur c.tuas.ext.eo. Et Eccleſiaſticorum ſit officium potius honeſtas & laudabiles conſuetudines introducere. c.ad Apoſtolicam. Vbi Ab. de Simo. cumque contra Ius nihil Eccleſiaſtici ſtatuere poſſint, vt trad. Caſtren.con. 150. ad fi. non conueniens videtur in pijs cauſis, hoc eſt eorum proprijs eas exigere, & in foro Ciuili prohiberi poſſe. At Dominum feudi accedat ais, ac opem eius imploret, quid ſi facultas non eſt? quid ſi & Dominus egeat? at bellum ſine pecunia geri non poteſt, cùm ne minima quidem peregrinatio

ſine

ſine ſumptibus queat perfici. Autent. de exhib. reis in pr. & §. hæc conſiderantes. in fi. Autent. vt omnes obediãt Iud. prouin. At ſine bello ſæpe quis nec conſequi poteſt, nec conſeruare ſuum. Cùm igitur hæ & ſimiles neceſſitates homines circumſiſtant §. Et quod ſæpè. Autent. de trien. & ſemis. in ijs ſanè eſt prouidendum. Autent. nul. cred. in pr. cùm in neceſſitate aliàs aliquid toleretur, quod non toleratur alioquin, c. & ſi illa. j. q. 7. Autent. de Eccle. rebus immob. alie. Cæterũ in eo vehementer inſtas, quòd periculum pecuniæ ad eum ſolum ſpectet, qui accipit mutuo, ſed &, vt docui ſuperius, compendium eſt apud eum ſolum. At nullum fortè commodum conſequitur, inquis. reſpondeo: forte etiam periculum ſubeundum ei nullum. Pecuniam verò volebat in alios collocare

vſus

vſus meliores, quàm ei dederat petenti, roganti, ijs egẽti & vſuras promittenti, nõ video ſanè quam turpe ſit & iniquum illud lucrum, cũ iniuria volenti non inferatur. c. ſcienti. de reg. Iur. in 6. Inopia laboranti ſuccurrendum, ais, nec nos negamus, ſed non vt mille aureos dem gratis, quibus meis rebus cõſulere poſſum, ſicq́; tuũ promoueam, meũ negligã, id quod nec ipſum ius mihi ſuadet Cano. quod ipſum ait ordinatam charitatẽ à ſeipſo incipere. c. qui vult. de pœni. diſt. 3. At tu ſuccurſum tibi negabis eſſe, ſi tãta egeas pecunia, qua res tuas meliores facias, eamq́; à me petas, ego verò in vtilitatẽ meã collocare velim, tu inſtes, ego pro ea vtilitate mea à te modicũ ſtipuler? Imò vero tibi gratificatũ haud negabis. Satis enim eſſe debet, ſi vel in minimis. l. tutores. §. j. in fi. de ad. tuto. l. tutori. C. de ne. geſt.

geſt. Quare non video tantam vſurarũ iniquitatem, ſi res iſta exactius perpendatur. Si enim forte in mora ſoluendi fueris, petam eas nomine Intereſſe, ſi itaque iuſta ſit eiuſmodi, vt iam dictum eſt, cauſa, cur non legitimè ſtipulari queam? Ac ſanè ſi tanta eſt in nomine difficultas, mutemus nomẽ re eadem permanente. Accedis ad me, petis mille, ego dico intereſſe mea tanti, vt ea mille penes me retineam, tu videns te omnino habere debere promittis iſtud tanti, accipis à me illa mille, iam non erit vſura, ſed intereſſe cõuentum, vt vocant, ad quod, cùm apertè vſuræ exerceri non poſſunt, recurritur, vt di. Zaſi. in l. vnica. in fi. ſi quis ius di. non obtempera. Videntur enim vſuræ vltrò oblatæ, quæ accipi poſſũt, vt trad. Ioh. And. in Regula. peccatũ. in 6. Hoſtien. in ſumma de vſu. in pr.

Bal.

Bal.in l.j.in X.quæſt. C.pro ſocio.fa. tex.in c.3.j.q.2.c.tua. de Simo. Porrò nec etiam Iure diuino vſuræ erant omnino interdictæ. Dicitur enim Deuteronomij cap.23.nō fœneraberis fratri tuo pecuniam, ſed alieno, quin Iudæis & hoſtibus licet.c.ab illo.14.q.4. tractat id latè Alexand. con.j.lib.2. Si ergo huiuſmodi ſit caſus, vt alicui roganti, petenti & omnino volenti, vt ſuprà deductum eſt, mutuandum ſit ad maximam eius vtilitatem, quin ſit ratio concedendi vſuras, nec forte tu ipſe negabis, non enim debet eſſe cuiq; ſterilis ſua pecunia.l.3.de contra.tutel. actio. Sed de his ſatis iā multa Hartmanne, ad cætera tua lubens non reſpondeo, cùm & plurima ex ſuperioribus repetenda eſſent, & tandem ad diſtinctionem tuam inter fœnus & vſuram deueniendum, in qua tuā

 indu-

induſtriam laudo ſententiamq; libenter approbo.

Ad poſtremam literarum tuarum partem accedo, in qua quæris à me, an caſum. l. ſi ea lege. C. de vſuris, vſurarium exiſtimem, qui quidem prima facie intuenti ita videri queat, & per conſequens, ſi quid maius ex fructibus præceptum ſit, in ſortem computari debere per tex. l. eos. § . ſuper vſurarum. vers. ſi quis autem. C. eo nequaquam tamen nos idem ſentimus, primùm propter incertitudinem fructuum, cùm fieri poßit, vt plus in poßeßionem laboris impendat & ſumptuum, quàm percipiat emolumenti, quo caſu plus petere non poſſet. l. pen. C. de ſoluti. ſunt caſus ſimiles in l. ſi ea pactione. l. oleo C. de vſur. At ne ſimpliciter quidem, quia poſſeßio pro mutuatione datur, vſurarium videri poteſt, cùm ad

hoc vt aliquid ex ea percipiat, operam adhibere debeat ſuam, nec etiamſi plus forte percipiat, quàm eſſet æquũ pro modicis vſuris ſoluere, cùm ex ſuo id labore habere videatur, & aliàs ex ijs rebus, quæ pondere, numero & menſura conſtant, acceſsiones debeantur etiam ex nudo pacto. d. l. oleo. & l. frumenti. C. eo. quamuis vſuræ nec iure Ciuili ex nudo pacto veniant. l. quamuis. C. eo. ſa. c. ſi. ext. eo. quia cùm in d. l. ſi ea lege. non conſtet mutuum verum eſſe, cùm ſimpliciter dicatur creditori &c. qui ex omni cauſa conſtitui poteſt, vt do. glos. eleg. in §. ſi. quib. mo. re. contra. obli. & vſuræ tantùm in mutuo verſentur. vt do. Abb. in Rub. ext. eo. non præſumi debet vſurarium eſſe caſum illum, cum in dubio ſemper præſumatur contractus licitus & non vſurarius, vt infrà latius dicemus. Simili-

ter ego iudicandum cenſeo de redemptionis contractu & fructuum vel reddituum emptione, in qua ne minimam vſuræ ſuſpicionem ineſſe videmus, tametſi in hoc, qui redditus emit, aliquando plus percipiat, cùm in his & ſimilibus cõtractibus id deceat obſeruari, quod inter vtranque partem conuenit. l. ea lege. loca. Conueniſſe autem præſumi debet, vt ſiue plus, ſiue minus percipiat emptor, ſuo ſit & cõmodo, & damno, cùm qui fructus vel redditus emit, incertum emat, ac ſi minus percipiat, à venditore nihil conſequatur. d. l. pen. C. de ſolut. Huc ſpectat, quod toto iure vulgatiſſimum eſt, omnem contractum ratione incertitudinis eſſe licitum, & ſic non vſurarium præſumi. Hoſtien. in ſumma de vſur. §. in alijs autẽ caſibus. vers. quid de his qui emerunt. Ioh. And. in addit.

Spec.

Spec.tit.de vſur.trad. Alex. in l.de fi-dei commiſſo.C.de tranſact.Olrad.con. 207. Incip.vniuerſis.Caſtrens.con.19. Incip.præſens dubiũ.Quin quod maius eſt, omnis contractus in dubio præſumitur licitus.Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi. in fi.ſi cert. peta.fa. l.ſi ea pactione, quam ibi allegat.C.de vſur.Pone enim quis emit redditus Titij, vt per eius vitam habeat, mille aureis, at fieri poteſt, vt primo ſtatim moriatur anno, quia hora mortis incerta eſt.l.cum Titio in annos.ad l.Falci.l.ſi non.in fi.ſi cui plus quam per Falci.& aliàs dicatur, mors inopinata venit.glos. in §.illud quoque.in verbo, angiſtiatus. Autent.de trien.& ſemiſſe. Sic incertus fortunæ exitus ſuggerit, vt poſſibile ſit vnius anni tantummodo aut breuioris aut amplioris temporis metas ſuperuiuere. l.ſancimus.§.ſi.C. de do-

nat.l.ambiguitatem.C.de vſufr.Vnde eiuſmodi emptor hoc caſu parum commõdi, imo multũ damni acciperet, at ſi quàm diutiſsimè ſuperuiuat, plurimum commodi & lucri perciperet, & ſic ratione huius incertitudinis contractus omnino futurus eſt licitus per ſuprà alleg. & tract. Bal. cons. 427. Incip.quia ex facto. lib.4. & Canoniſtæ.in c.in Ciuitate de vſur.vbi dicunt eiuſmodi valere venditionẽ etiam factam ab Eccleſia, id quod etiam confirmat Albe. de Roſate.in l.iubemus. 2.pen.col.vers. quid de tali contractu. C.de ſacroſ. eccle. vbi concludit id in venditione omnino locũ habere, quãtumuis in mutuo ſit aliter. Quod ſi vſura ibi eſt, vbi lucrum eſt incertum, & Capitale ſolum, vt tu latè & eleganter diſputaſti, & tractat id Phil.Decius con.116. Item cùm vſura ſit lucrũ

ex

ex mutuo, pacte debitum vel exactum, vt Ioh. And. definit in add. ad Spec. tit. de vſur. Item cùm vſura dicatur cùm quid certum pro centenario datur, vt loquitur idem Decius con. 39. Vers. quarto etiam nullitas, in his ſane noſtris caſibus vſuras intercedere minimè dicemus, cùm de nullo mutuo conſtet. Commodè hîc tractari poteſt etiam de caſu. c. in ciuitate, ext. de. vſur. cùm quis pluris vendit rem, ob precij dilationem ſoluendi, quem quidem Pontifex ibi fatetur vſurarium non eſſe, ab eo tamen tanquam peccatum nutriente abſtinendum ſtatuit, nos autem eum quoq; ritè ac licitè celebrari poſſe cenſemus, cum ea tamen diſtinctione, quam Salicetus adfert in notiſ. Autēt. ad hæc. in 9. quæſt. vers. quæro, nono. cir. fi. C. eo. ſi ſcilicet alius emptor non inueniatur,

qui in continenti precium ſoluat: quòd enim iſte contractus ſimpliciter illicitus eſſe cenſetur, in d.c. in Ciuitate, ex eo eſt, quod ſi quis ita vendat carius, vt poſt annum ſoluat precium, videtur ab eo pecuniam recepiſſe, & in continenti ei iterum numeraſſe & ſic ad vſuram reliquiſſe, vt decla. Abb. in d.c. in Ciuitate. ac ibi etiam Ioh. And. in fi. & latè Ioh. de Anan. In hac autem Sali. diſtinctione id locum habere non poteſt, cùm nemo ſit, qui præſentem pecuniam numerare vel velit, vel poßit, ita vult etiã Decius con. iii. fa. no. in l. ſi ex precio. C. ſi cer. pet. Habet enim multa ſingularia pecunia numerata, vt not. in vulg. l. ſingularia. ſi cert. pet. Sed vel hoc ſolum ſufficere poſſet, quod hic venditor ſi habuiſſet præſentem ex re vendita pecuniam, in alias commoditates conferre potuiſ

ſet,

ſet, vt di.Ioh.de Anan.in d.c.in Ciuitate.col.2.verùm & generaliter licet carius vendere, vt poſt tempus ſoluas, ſi dubium ſit, eam rem tempore ſolutionis plus minusue valituram ratione incertitudinis, de quo ſuprà ſatis dictum eſt, & eſt tex.in ſæpe alle.c.in Ciuitate.& c.ſi.ext.eo.volunt hæc expreſſe Cynus & Bal.in l.ſi pater puellæ.C.de inof.teſta.concordat, quod di. ſanctus Tho. in ſecunda ſecundæ q. 78.art.4. licitum eſſe carius vendere & lucrari, ſi rem in aliquo meliorem feciſti, vel quia precium mutatum eſt propter temporis vel loci diuerſitatem, vel ob periculum, quod in tranſuehendo ſuſceperis.&c.Poſtremo nec id vſurarium Bal.ait, ſi domum quis, agrum, vel fundum carius vendat, eò quod precij ſoluendi dilatio facta eſt, quia hæc intentio contrahentium eſſe

præſumitur, vt quod plus eſt, ſoluatur pro fructibus percipiendis aut habitatione domus. ita di. Bal. in Rub. C. de vſur. vers. ſecundo quæro. Sic ſimiliter ſi certo precio fundum quis emat, & donec ſoluat, certo precio conducat, cõtractus is certè valebit. tex. eſt not. in l. ſicut emptio. §. fi. cum l. ſequen. Loca. ſicut enim emptor re ſibi tradita tenetur ad ſolutionem precij & vſuras. l. curabit. C. de act. empt. glos. in c. conqueſtus. de vſur. ita etiam tenetur ad mercedem, qui conduxit, vt do. Caſtrẽſis in d. l. ſicut emptio. Redemptionis autem contractus nec is vſurarius eſt, cùm emptor meritò, donec precium ſolutum recipiat, fructus percipere poſſit. l. 2. C. de pact. inter empto. eſt eleg. glos. in c. illo vos. de pigno. Id quod etiam de Iure Cano. procedere ait Panor. in c. ad noſtram. de empt.

empt. & vendi. vbi plura circa hoc expedit, in quo & id merito introductum videtur, vt ſi fortè emptor in fundo reſtituendo venditori offerenti pecuniam moram faciat, fructus quoque, quos interim percipit, venditori reſtituere cogatur. d. l. 2. C. de pact. inter empto. Niſi forte de redemptione litis intelligas, (ſimpliciter enim me de redemptionis contractu interrogaſti) quam maximè illicitam eſſe cenſemus ex l. litem. C. de procurat. l. ſi remunerandi. §. ſi. manda. cùm glos. ibi. l. ſumptus. de pact. item & ex. l. j. de var. & extra. cognit. Induceret enim aduocatum ad calumnioſe agendum, vt di. Bart. in d. l. ſumptus. Vſque adeo autem iſtum contractum illicitum eſſe putamus, vt etiam impenſas in litem vtiliter factas

repetere

repetere nequeat, qui de litis quota egit. vt do. eleg. glos. in l. ſi cōtra. C. manda. Et aduocato interdiceret officium. l. ſi quis. C. de poſtul. ſicut, nec medicus poteſt de ſuo ſalario paciſci. l. medicus. de va. & ext. cog. not. in l. per impreſsionem. C. quod metus cauſa. Hæc ſunt Hartmanne, quæ tibi reſcribere nunc volui, in quibus ſi quid tibi aliter videbitur, libenter iudicio tuo acquieſcam; eaque in re vt docere me digneris exemplo D. Auguſtini in c. j. 24. q. 3. te vehementer oro. Vale. Andega. XXVII. Februarij. Anno M. D. LXI.

EPISTOLA VI. AD IOHANNEM SEGGERVM A Meſſenbach nobilem Auſtrium.

In materia priuilegiorum.

S*Caccho ludentes id habent priuilegij lo-*

gij loco, vt quoties inter pugnandum Reginam amittunt, aliam ſibi parare poßint. Id quod tum fit, cùm vnum ex peditibus in eum ordinem ducunt, vbi primum Regina, cùm acies inſtruitur, collocari ſolet. Atqui contigit, vt tu antè peditem in eum vſque locum duxiſſes, quàm tuam Reginam perdideras, poſteaquã cùm tuã Reginã perdidiſſes, eum Reginæ fungi officio volebas. Qua de re cùm mihi tecum nuper contentio eſſet, Seggere, tuque Reginam valere, vt Reginã exiſtimares, inueni ego id de iure locũ non habere, id quod ex ijs, quæ ea de re collegi, iuris auctoritatibus intelliges. Quantumuis enim ex tua parte in priuilegio dicatur pòſt parari poſſe, quàm Regina amiſſa eſt, tamen non ita ſtrictè verba intelligi debent, quin ſi inter ludẽdum ante eò ducatur pedes,

poſtea

poſtea locum Reginæ occupare poſſit, cùm in priuilegijs nõ ſolum verba ſint obſeruanda, ſed ius & poteſtas eorum. c. quanto amplius. ext. de priuil. ſed & cùm id priuilegium beneficij loco conꝫ cedatur ei, qui Reginam amiſit, debet in eo pleniſſima fieri interpretatio. c. quia circa. ext. eo. His tamen non obꝫ ſtantibus, contrarium verius eſſe exiꝫ ſtimo. Priuilegia enim cũ ſunt ſtrictè interpretanda, vt di. Bal. in l. j. in pr. per illum tex. C. de legi. Ioh. And. in c. olim. de verb. ſignifi. eſt tex. in c. vt apoſtolicæ. de priuil. in 6. nec omnino conuenit, vt, cùm dicatur hîc amiſſa Regina parari aliam poſſe, locum haꝫ beat, vt dum Regina amiſſa non eſt, poſſit parari. Diſertè enim exprimi de bent in priuilegijs, quæ valitura ſunt, c. ſi papa. eo. in 6. Vnde ſi certis homiꝫ nibus aliquid concedatur, vt ipſi

facere

facere poſſint, per priuilegium intelligitur, ne alios, qui idem priuilegium non habent, adhibere poſſint. c. pen. eo. in 6. fa. opt. glos. in c. porro. ext. eo. quæ dicit priuilegium in ſua forma ſeruari debere, nec amplius extendi. Priuilegia enim non niſi ſumma ratione inſpecta concedi ſolent, & præcedente longa deliberatione, vt di. eleg. glos. in c. ſanè. ext. eo. nequaquam ergo ſunt temerè amplianda, ſed ita coarctanda, ne aliorum iuſtitiam impediant. c. patentibus. ext. eo.

Porro quemadmodum aliorum priuilegia turbare non debemus, ita ſi nobis præiudicarent eis reſiſtere poſſumus. c. 2. ext. eo. Maximum autem in hoc eſſet meum præiudicium, ſi poſſet quis, cùm peditem eò duxiſſet nondum amiſſa Regina,

Reginæ eam vicem obtinere ſperare. Minimè enim curaret poſtea, etſi reginam ſuam perderet, cùm aliam ſe habere in promptu cerneret, facile enim contemnimus quod non curamus. c.4.20.q.3. Imo maxima poſſet audacia in exercitum meum irruere, & meos cædere, cùm in ſuum præiudiciũ Regina amitti non poſſet. Et ſic me in iure meo confidentius confidens in conceſſo ſibi priuilegio moleſtare poſſet, contra tex. in c. ne aliqui. eo. in 6. Quod quidem maximam in ſe haberet iniquitatem, qui ex iſta priuilegij nimis larga interpretatione aduerſario facta, meorum iacturam facere militum cogerer, contra naturam priuilegiorum, in quo non veniunt, quæ ſunt iniqua, vt di. Bal. in l. ſi quando. C. de inof. teſta. fa. l. ex facto. poſt pr. Et ibi. dd. de vulg. & pup. & generaliter ita con-

conceſſum intelligatur priuilegium, vt non impediat ius aliorum.gloſ.in.c. patentibus. ext. eo. Quin in amiſſæ Reginæ ſolatium concedi id ſolet.ar.l. mulierem.C.de adop.ergo fieri ante nō poteſt, quàm amittatur. Verba enim vt plurimum cum effectu intelligenda ſunt, vt no.glos.in c.nulli.de Elect. in 6.in hoc præſertim noſtro caſu, vbi aliàs iniquitas ſequeretur, & alter cũ damno alterius locupletari videretur, & ob fauorem vnius alteri fieret iniuria.tex.c.ex tenore.de foro compet. At non debet vnum altare ita tegi, vt alterum detegatur, vt di. Zas.cō. 4 lib.j.nu.32.pro quo fa.tex.in c.4.de rerum permuta. Vt taceamus aliud quoque abſurdum quod ſequeretur, quòd duas Reginas in vno ludo ſimul haberet, id quod foret contra naturam ipſius ludi Scacchi. Non aliter

autem in his ludis, vt in rebus alijs omnibus & contractibus natura & proprietas cōſideranda venit. l. ſiquis poſthumos & l. quæſitum. de lib. & poſth. ne dicam quod fraus commiteretur, in hac priuilegij explicatione, vt ſcilicet poßit adhuc Reginam habens eò peditem ducere, vt pro Regina valeat, in eo quod eſſet ipſi id facere multò facilius adhuc habenti Reginam, quam plurimis opponere poſſet. Quod in quātum vergat alteri periculum nemo nō videt. Porro generaliter pro me in hoc caſu iudicari debet, cū ego tantum de damno vitando, tu vero de lucro captando tractes. l. verum. §. fi. de mino. tract. Bart. in Autent. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccle. Abb. in c. in præſentia, de probat. nu. 39. glos. in l. ſi filius familias, de verb. obli. Dannum enim vitare tantum cupio, dum contendo, ne

ne valeat pro Regina ante eò ductus pedes, quàm amiſſa eſt Regina, id quod priuilegij ſibi volunt verba, cuius metas excedi nolumus iuxta c. por ro. ext. eo. Qui vero, vt valeat, contendit, in eo lucrum captat, quod ſuam Reginam ſine præiudicio ſuo & maximo meo cum damno perdere poteſt, vt ſuprà à nobis abunde probatum eſt. Poſtremò adduco apertiſsimum caſum in ſimili, quod ſi quis prius diſtraxerit ſuum fundum, & poſtea debere incipiat, fiſcus tamen, cuius aliàs tanta ſunt priuilegia, vt etiam in dotem (cuius cauſa fauorabiliſsima eſt, l. j. Sol. matrimo. l. 3. de priuil. cred.) data reuocet, eum reuocare non poſsit. l. 4. C. de pri. fiſci. Ex his ſatis probatum eſſe puto, nequaquā valere poſſe, vt pedes hoc modo ductus, etiam poſt amiſſam

Reginam, eius locum ſuſtinere poſſit, ſed debeat, quocunque loco poſt amiſſam Reginā inueniatur, eò duci. Cùm enim ante ibi ſit, eò poſtea duci non poteſt, vt quod ante meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, de quo eſt tex. vlt. vulg. in c. inter dilectos, an. fi. de fi. inſtru. in l. Et eadem. §. actiones. de except. rei iudi. Non obſtant quæ in contrarium ſunt adducta, in priuilègijs non obſeruanda tantum verba, ſed vim & poteſtatem: item in ijs pleniſſimam fieri debere interpretationem, quia ea locum habent, dummodo id fiat ſine incōmodo vel præiudicio alterius, & ita manifeſte iura pro te adducta loquuntur, aliàs enim in c. ne aliqui. eo. in 6. incurreret is, qui vellet ſuo nimis confidere priuilegio, & alios cōtra ius ſuum moleſtare. fa. caſus opt. in c. 3. de priuileg. in 6. de priuilegijs

ſtrictè

ſtrictè intelligendis. Sic ego iudicandum in hoc caſu ſentio, tu ſi quid habes, quod contra dicas, lubens audiã. Vale. Andega. XII. Martij. Anno. M. D. L X I.

EPISTOLA VII. AD HIERONYMVM NADlerum Iureconſultum.

In materia adoptionis.

ADoptauit quidam nepotes ſuos ex filio, vt eſſent eo gradu non aliter atque ex ſe nati, eaque adoptio per Imp. Cõmiſſarios auctoritate irrefragabili, cuius reſcripti exemplũ habetur in promptu, confirmata eſt. Is vero pater genuit poſtea duos alios filios, qui iam ſunt adoptatis velut conſanguinei naturales & legitimi. Moriuntur adoptiui, reliqui ſuperſtites

petunt tanquam legitimi hæredes eorum ſucceßionem. Hiſce verbis propoſitis, quæſijsti à me, quid iuris eſſe cenſerem, Hieronyme clariſsime. Cũ itaque verba bene nuda ſint, ac primordià & variæ circumſtantiæ caſus huius omiſſæ, ita vt caſus ipſe non plene perſpici poßit, ſecundum eleg. glos. in l.j. in verbo, Euidẽtiorem, de origi. Iuris. quomodo à me verba tua intelligãtur prius declarabo, quã de iure quid ſentiam, declarem. Quòd igitur ex filio dicis emancipato intelligo. l. pen. §. ſi vero pater. C. de adopt. niſi enim filius emancipatus eſſet, haberet aliàs in poteſtate nepotem, iurib. vulg. & l. 2. de adop. Quod vero dicis duos alios filios, qui ſint ipſit velut legitimi & naturales conſanguinei, nõ cõſtat, an ex eodem vel alio matrimonio, ego tamen referre non puto. ex d. §. ſi vero pater.

vbi

vbi cõiungit Imp. & pariter iudicat nepotes ex filio & filia, ergo poſſunt & filij ex duabus vxoribus ita coniungi & iudicari, cùm eadem videatur eſſe ratio. l. vnica. de bo. poſſ. ex teſt. mi. Mortui autem intelligi debent ſine liberis, quia generaliter, cùm quis dicitur decedere, intelligitur ſine liberis. l. cum auus. de conditio. & demon. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom: ſi enim reliquiſſent liberos, eorum eſſe primã ſucceſſionis cauſam, nemo eſt, qui neſciat. vulg. §. Sin autem. vers. ſed ſui. de hære. quali. & diff. §. j. de hæred. qui ab inteſt. Poſtremo qui refragari fratribus poſſit petentibus hæreditatem neminem eſſe poſſe puto, quàm patrem iſtorum adoptiuorum, vel ſi habeat alios liberos. His ita declaratis, quid iuris eſſe mihi videatur pauciſſimis declarabo.

Quod ergo ad facti huius ſpeciem quam maxime ſpectat, certi iuris eſt, eos, quos ad vicem naturalis ſobolis arrogamus, ius omnino verorũ filiorũ obtinere, vſq; adeo vt ſi poſtea ſint emãcipati, quarta eis debeatur. l. 2. C. de adopt. Quod D. Pij conſtitutionem introduxiſſe duobus in iure locis, quantum ego animaduerti, refertur l. fi. ſi quid in fraud. pat. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. de Ino. teſta. accedit huc etiam aliàs vinculum naturale, quod eſt inter auum & nepotem ex filio, quod ita eſt arctum, ita propinquum, vt facile fieri poßit filij mortalitate, vt in eius locum ſuccedat, & vt filius fuerat, ſuus hæres fiat. d. §. Sin autem. vers. ſed vt nepos. Quæ vis adoptionis à principe confirmatæ tantum habet robur, vt ad fæminam extendatur, quæ in ſolatium amiſſorum liberorum

ita

ita poteſt arrogare, ac ſi eſſent ex ſe nati.l.mulierem C.de adop. Verum in noſtra hac ſpecie ita verum eſt, vt dubitari non poſsit; ſi quis adoptet ex filio vel filia nepotem, quin omnino in eius poteſtatem tranſeat, & nihil amplius à patre naturali habeat expectare, ratio redditur, quia ei aliàs eum natura aggregauit, & poſtea lex aſsignauit, d.§.ſi vero pater. Vt ſic duo vincula magis conſtringant. Vulg.§. ſi vero pater.de adopti.l. qui filium.§. Sabinus. ad Treb. Autent.Itaque. C. com. de ſucceſs. fa.opt.l.AEmilius.de mino. Quare cùm deceſſerint ſine liberis, quis eis potius ſuccedat, quàm fratres, qui proximi gradu ſunt, non video, cùm pater eorum nihil amplius cum ipſis habeat, vt ſuprà probatum eſt ex d.§.ſi vero pater.l.pen.C.de adoptio.Quodq́ue nihil cum ijs habeat pa-

ter naturalis, probatur ex eo fortius, quòd ſi auus emancipato filio nepotem ex eo in poteſtate retineat, quod facere poteſt, l. liberum. de adopt. non recidat poſt mortem aui, vel ſi eum rurſus adoptauerit, in eius poteſtatem. l. ſi pater filium. de adopt Accedit vltimo loco irrefragabilis Imp. auctoritas, quæ etiam aliàs tanti momenti eſt, vt poſſit adoptionem confirmare etiam non legitimè factam, l. adoptio non iure. de adop. Multo magis ergo hic operari debet, vbi ius commune habet in auxilium, & ratio etiam naturalis & vinculum agnationis tam arctum eſt, & ſic ſi non iuuarent ſingula, multa prodeſſe poſſent. l. inſtrumenta, & ibi glos. C. de probat. glos. in l. 2. de excu. tuto. glos. in c. illud de præſumpt. & in l. ſi plures. de pactis. fa. in his terminis tex. in

Autent.

Autent. de conſ. & vteri.cir. med. Bal. cons. 185. vers. duæ res. 3. parte. Atque hic quidem factum eſt principis, quod maximè æſtimari debet, cùm quodcunque faciat princeps, vt Deus facere cenſeátur, vt latè Zaſius, in l. 2. in verbo ratum. de orig. iuris. cùm aliàs concurſus iuris cum ſimplici hominis facto longè fortiſsime operetur, vt trad. Alex. in l. quidam ita. col. j. ad Treb. & idem con. 93. nu. 8. lib. 7. Ex his ita iudico ego de iure pro fratribus ad conſequendum hæreditatem eſſe reſpondendum relicto tibi doctoribusque iudicio. Vale. Ingolſtadij pridie Cal. Nouemb. Anno. M. D. L I X.

EPI-

EPISTOLA VIII. AD GVILIELMVM FORNERIUM Aurelianenſem Iuriſconſultum.

De legum antinomijs.

NOn eſt ſine cauſa, clariſſime Forneri, quòd contrarias eſſe leges in corpore Iuris exiſtimas. Ecce enim quid magis diſſentire videtur, quàm Pauli ac Modeſtini duo, quæ ſequuntur, reſponſa? Dicit Paulus in l. rem alienam, de pigno. act. Si Titio, qui rem meam ſine voluntate mea pignori obligauit, hæres exiſtam, non dari creditori vtilem pignoratíciam: at deinde Modeſtinus in l. ſi Titio. de pigno. aliter. Si Titio, qui rem meam me ignorante obligauit, hæres extitero, dari creditori vtilem pignoratíciam affirmat. Quid eſt, ſi hoc contrarium non eſt? nonne quod me ignorante fit,

ſit, etiam ſine voluntate mea fieri dicam? Verùm cùm minime ignoremus promptum eſſe legibus leges concordare, vt loquitur Conſtantinus Imp. in l. vnic. C. de inoffi. dotib. eſt tex. in c. cùm expediat. de Elect. in 6. videbimus an hi duo textus conciliari poſſint. Ad diſſoluendam autem hanc antinomiam, plurimum me iuuari intelligo, ſi verba vtriuſque Iuriſconſulti penitus introſpiciam. Dicit enim Paulus: Si Titio, qui rem meam ſine voluntate mea pignori obligauit, hæres exiſtam, non dari creditori pignoraticiam vtilem: at Modeſtinus aliter: ſi Titio, qui rem meam me ignorante obligauit, hæres extitero, pignoraticiam vtilem dari. Id quod poſterius Modeſtini reſponſum ſuperiori Pauli ſententiæ contrarium eſſe nequaquam arbitror, cùm verba hæc: Sine

Sine volũtate mea, &: ignorante me: *non ſint omninò eadem. Verũ enimuero vt ratio, vel æquitas potius vtriuſq; legis eluceſcat, videamus, an non rectè negauerit Paulus actionem dari pignoraticiam eo caſu, quo res alicuius ſine volũtate eius ab alio obligata dicitur. Quid enim ſi forte is, cuius res obligata eſt, dixerit aliquando vel ſcripſerit, ſe nolle rem illam vnquam obligari, alienari? aut quid, ſi res eiuſmodi ſit, quam ſcire vnuſquiſque poterat, eum affectionis forte cauſa nunquam obligari vel alienare velle? ar. l. libertus qui ſoluendo. de bo. libert. quales plerunque eæ res eſſe ſolent, quæ ſemper in familia manent, quales ego nonnullas vidi. Nonne rectiſſimè Paulus ei, qui huiuſmodi pignus accepit, actionem denegat, ideò quod nolente ac inui-*

inui-

inuito domino pignus datum ſit? cùm aliàs ratione affectionis aliquando actio competat. l. ſeruus ea lege. de ſer. export. Hiſce enim caſibus nolẽs & inuitus rectè dici poteſt, tametſi nec præſens ſit, nec contradicat is, cuius pignus eſt. Et hoc eſt, quod Paulum per hæc verba: Sine voluntate mea: *ſignificare velle exiſtimo. At poſtea, quod Modeſtinus ait: ſi ei, qui rem meam me ignorante obligarit, hæres exiſtam, dari creditori pignoraticiam, id quidem tam non ſuperioribus contrarium eſſe puto, vt ſumma id motum ratione Modeſtinum ſcripſiſſe dicam. Cùm enim aliàs actiones vtiles ex mera æquitate dentur, (quia verbis legum non comprehenduntur, ſed vtilitate legum exigente ſupplentur, l. quia actionum. de præſcrib. verb.) cur non*

iuſtum

iuſtum ſit & æquum hoc caſu, ſi res mea ignorante me ſit obligata, creditori actionem vtilem competere, cùm forte ſi non ignoraſſem, aut præſens fuiſſem, fieri potuiſſet, vt conſentirem, & ſic facile res ad naturam ſuam rediret, id eſt, fieret, vt pignus rite datum ſit, id quod non eſt in caſu ſuperiori, vbi res ſine voluntate, id eſt, nolente ac inuito domino pignori eſt obligata, vbi actio vtilis dari, id eſt, præiudicium ei fieri non debet, vt eſt pulch. gloſ. in c. fi. in verbo Inuita. 5. diſtin. His hoc modo cõſideratis contrarias has duas leges non eſſe arbitror, ſaluo iudicio & cenſura tua. Vale. Aureliæ. Cal. Martijs. Anno M. D. L X I.

EPI-

EPISTOLA IX. AD IOHANNEM HÆRZOgum Iuriſconſultum.

In materia teſtamentorum.

QVidam Teſtator duos habens filios adhuc ſuperſtites iam mortua vxore, viuente tamen ſocru, eos hæredes inſtituit, quibus in tertia parte ſubſtituit vulgariter & pupillariter proprios agnatos, qui fratres erant, & ſororis filij, excluſa ſocru, ea tamen conditione, vt ſi ad hæreditatem agnati perueniant, proximis conſanguineis ſocrus dos reſtituatur, in duabus reliquis partibus inſtituit loca ſacra, vt forte xenodochia &c. ſocrus excluditur ſemper, quæritur, an rumpat teſtamentum? In hoc caſu ita nudis à te verbis mihi propoſito,

Herzoge, neceſſario conſiderandum atque præſupponendum mihi eſt dictā dotem à parentibus prouenisſe, cùm parentum ſit officium liberos dotare. l.fi.C.de dot.promiſſ.l.qui liberos. de ritu nupt.glos.in c.cùm haberet.ad fi.de eo,qui dux.in mat.quam pol.&c. Ac quemadmodum in dubio,quicquid habet vxor à viro habere præſumitur ad euitādā turpis lucri ſuſpicionē.l. Quintus.de donat.inter vi.l.etiā C.eo tit.ita in dubio etiā quicquid habent liberi,à parētibus habere exiſtimātur,niſi cōtrariū probetur, vt ait Bal.in ſumma. l.2.C.de pat.poteſtate.& id.Bal.dicit, quod filius habeat,ex re patris proficiſci.in Autē.ex teſta.vers.Vndecimū capitulū.C.de collat.fa.quod Bart.no. in l.cū oportet.C.de bo.quæ libe. Cùm ergo dubium nobis non ſit, à parentibus dotem eſſe profectam, ad eos etiā

redi-

redire eam debere, certiſsimi eſt iuris, niſi aliud pactum, de quo hîc minimè conſtat, interuenerit. l. vnica. §. illo procul dubio. C. de rei vxo. act. l. ſi pater dotem. de pact. dotal. Huc ſpectat, quod dicitur in l. 4. C. ſol. matri. quod dos à patre profecta, ſi ipſa mulier filiafam. in matrimonio deceſſerit, ad eundem omnino redire debeat, id quod adeò verum eſſe glos. ibi elegantiſs. docet, vt dicat etiam locum habere, ſi liberi ex dicto matrimonio extent, quam ſententiam confirmat tex. in d. l. vnica. §. ſileat: & Bart. eleg. & latè in l. poſt dotem. ad fi. ſolut. matri. Panor. in c. donatio. de dona. inter vi. Si autem ad patrem redit, ergo & ad matrem etiam, cùm parem vtriſque liberi pietatem debeant. l. 4. de cura. furio. item hodie Autent. iure pariter & pater & mater ſuccedant. Au-

tent.defuncto. C.ad Tertyll.agnationis item & cognationis iura omnino ſint exæquata.§. Item vetuſtas.in Autent.de hæred. ab inteſt. veni. Quòd autem dos non ad patrem ſed & matrẽ redeat, ex eo probari poteſt, quod etiam frater ſororis hæres exiſtens dotem exigere poteſt. l. ſiquidem.C. ſol.mat.ſi frater, æque igitur & mater, cùm ſimiliter ad ſucceſſionem vocentur. l.ſi quis.C.ad Tertyll.l. dotis actione.C.ſol.matri. Porro quaſi exhæredationis quædam eſſet ſpecies, ſi pater ſocrum à dote hoc modo excluderet mortuis filijs, qui eam nequaquam exhæredare potuiſſent, ſi ſuperuixiſſent, abſque cauſis, quæ exprimuntur in notiſſima Autent. vt cum de appell. cogno.§.ſi vero contigerit. Quin etiam cùm in omnibus fere caſibus dotis cauſa ſit fauorabilis, quos recenſet. Bart.

quàm

quàm plurimos in l.j. Sol.matri. trac. Abb.in c.j.de deſpō.impub. indignum eſſet excludi ab ea auiā, cui poſt mortem filiorum ad eam quaſi aperta eſt ianua, & remotum obſtaculum, vt ad eam conſequendam nihil impedire poſſit, ſecundum Bart.in l.3. col.2. Solut. matri.Vlterius & illud affero, quod Bartolus refert, cùm multa de marito diſputaſſet, habere locum etiam in ſocero.in l.diuortio.§. interdum. in fi. ſol.mat.Ergo in ſimili quæ in vxore recepta ſunt, erunt etiam recepta in ipſa ſocru in hoc maxime caſu noſtro, vbi auia ſubſtitutione à patre facta à reliqua nepotum hæreditatis parte excluſa & exhæredata, non poteſt etiam in dote exhæredari, quæ eſt tāquam legitima in hoc caſu ipſius, cùm aliàs filiæ dotatæ & à reliquis bonis excluſæ dos ipſa pro legitima compute

 tur.

tur. Paul. Caſtrẽ.cons.129.incip.licet iſta.col.fi. latè Decius con.106. atque eius dicatur patrimonium.l. 4.de mino.l.ſi vſusfructus.ad l. Falci. Auia enim ipſa non tantum in dote, ſed alijs bonis omnibus vna cum agnatis nepotum ſucceſsiſſet, ſi ſubſtitutio à patre non eſſet facta filijs.d. Autent.defuncto.C.ad Tertyll. Quare cùm in hoc à patre ſit grauata per ſubſtitutionem, in alio debet ſubleuari merito.vulg.l. eum qui.de iureiu.l.ſi ſeruus. §.fi. de adi.leg. Autent.de fideius.in fi.pr.nec enim concedendum patri, vt eam & hæreditate excludat, & dote quaſi legitima, & ſic onere grauet duplici contra ipſam rectam rationem & ius. l.ſed in lege.loca.l.nauis.§.cùm autem. ad l.Rhod.de ia.l.libertus. §. præſcriptio.ad Municipal. §. infirmitatem.in Autent.de æqua.dotis.Poſtremo cùm

dotis

dotis cauſa, in iure dicatur pia, vt late tra. Decius. con. 66. & con. 72. col. 13. & con. 120. col. 2. in fi. & fauorabilior dicatur cauſa alimentorum, vt no. Cynus in l. non omni. C. de admi. tuto. Item & par iudicetur cum cauſa ſtudiorum, vt trad. Bart. in l. j. in fi. ſol. matri: abſurdum foret ab ea auiam in hoc noſtro caſu per ſubſtitutionem aliàs graſſatam poſſe arceri, & quod fauorabile eſſet, in odium verteretur, iuribus vulga. & d. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. Neque vero id iuuare poteſt, quod proximis eius conſanguineis dos reddi eſt iuſſa, cùm multum interſit, an tu mihi aliquid reddas, vel alij etiam mihi maxime cognato, cùm ego in re mea ſim moderator, & arbiter l. in re mãdata. C. mandati. l. quẽadmodũ ad l. Aquil. Quin & maximũ patris

ſubſtituentis odium verſari, quis non videt? qui auiam non tantum legitima nepotum hæreditate, in qua cũ agnatis concurriſſet, priuat, ſed etiam dotis partem, quæ ipſius legitima eſſe videtur, auferre nititur. Quid enim ipſius intereſt, an vel ipſa vel cõſanguinei eius, eam accipiant? nequaquam igitur id in eius perſona ferẽdum videtur, cũ natura nobis id præcipiat, vt quod nobis non nocet, & alijs prodeſt, permittere cogamur. l. 2. §. Itẽ Varus de aqua. plu. Ex his ego planè concludo dictam auiam Teſtamentum generi irritum facere, ac dotem recipere, inque nepotum hæreditate cum agnatis ipſorum ſuccedere debere, ſaluo & tuo, & melius ſentientium & probantium iudicio. Vale. Andeg. Die VII Februarÿ. Anno M. D. LXI.

EPI-

EPISTOLA X. AD ANDREAM HARTMANnum Iureconſultum.

In materia vſurarum.

CAſum legis, ſi ea lege.C. de vſuris, ne nunc quidem vſurarium eſſe iudicare poſſum ex rationibus à te proximè adductis. quod enim dicis fundum eo modo pro vſuris conceſſum pignoris eſſe loco, conſtat ex eo maniſeſtiſsime Antichreſim eſſe factam. l.ſi quis.§.j.de pigno. Antichreſi autẽ facta, ſimpliciter dicit tex. fructus in vſuras percipi d.§.j.nec vllam facit mẽtionem reſtituẽdi maiores, quantumuis glos.ibi.ſuppleat aliter, quæ nititur l.j.C.de ſolut.quæ nobis omnino nõ obſtat, cûm caſum habeat omnino diuerſum. Nam ibi merito in vſuras tã-

tum debitas id, quod ſolutum eſt, computatur, cum ibi non ea ſit ratione ſolutum, vt quicquid datum ſit, pro vſuris habeatur, vt in hoc noſtro caſu, ſed quod pluribus ex cõtractibus debebatur & ſoluebatur, non nominato aliquo eorum ex quo ſolueretur, cùm ibi prior habeatur ratio vſurarum quàm ſortis, vt etiam habetur iu l. cũ & ſortis. de pig. act. iure optimo in debitas tantũ extẽditur, aliàs nihil eſſet quod in ſortem vel huius vel illius conractus (qui extant, ex quibus debetur) computari poſſet. Nec etiam obſtat. l. eos. C. de vſuris, vbi quidem ait Imp. in ſortem computari, quod plus acceptũ eſt, ſed intelligendum eo modo eſt, vt ibi dicitur, vt puta ſi quis contemnens conſtitutionem, & æquiſsimam vſurarum taxationem plus ſtipulatus ſit, pro eo actionẽ nõ habere, aut ſi exege

rit

rit iam, in ſortem computare compelli.ſit enim merito in pœnam pertinaciæ, cõtemptus & maliciæ illius, vt ibi habetur in d.l.eos.§.ſuper vſurarum. vers.ſi quis autem.C.de vſuris. In caſu autem noſtro nihil exegiſſe, nec acce- piſſe contra conſtitutionem videri poteſt, cùm incertum ſit tum, cùm fundus datur, an plus vel minus ſit accepturus ar.l.pen.C.de ſolut.quod optimè huc quadrare mihi quidem videtur. Nec ſane perſuaderi poſſum.d.l.ſi ea lege.emendatam eſſe à §.ſuper vſurarum, cùm d.§.ſuper vſurarum. ſit in caſu omnino alio, nec ignorem ego legum correctionem, quandocunque fieri poteſt, eſſe euitandam, & iura potius concordanda iuribus.l.j.C. de inoſ.doti.præſertim ſi æquitas, vt in caſu noſtro, ſuſtineri poſſit. c.cùm expediat.in pr. de Elect. in 6. Vnde

& Bal.dicit, legum correctionem eſſe ſtrictiſſimi iuris in con.90.in 5.parte. Hic autem quæ eſt iniquitas, quæ ſit mihi iniuria? tu accipis, quod ego dare malo, tu facis, quod ego cupio. Ecce vſuras debeo legitimas, fundum dare malo, vt fructus ex eo percipias, quem forte fundum ipſe colere nec poſſum, nec volo, cumque ego diſerte addam, vt in l. eſt noſtra expreſſum, vt tu pro vſuris fructus capias, nihil certe amplius promittere præſumi poſſum, quid ergo ſi fructus legitimas non adæquẽt vſuras? à me certe nihil conſequeris. Secundum quæ poterit euenire, vt is, cui fructus promiſſi ſunt, aut plus quidem ſit accepturus, aut etiam multò minus, vt in ſimili eleg. loquitur Papinianus. in l. in ratione. §. quod vulgo. ad l. Falci. Quod cũ tibi incommodum ſit hoc expectandum, cur non commodũ etiam

etiam expectes? iuribus vulgatiſsimis. Quin & ſemper eiuſmodi quid pro eo, qui ſic fundum offert, præſumi poteſt, quod aut terra ſit ſterilis, aut ipſe colere non poſsit, aut velit, aut ſit ei multo gratius fundum ſic dare, quam ſoluere vſuras iuſtas, cùm nemo ſuum iactet. vulg. l. cùm de indebito. de probat. & cûm tenaces debitores vſuras cùm ſoluunt ſe oculos & lumina ſoluere putent, vt di. glos. in l. j. de ſolut. Inſpiciamus aliud quod pro dante fundum eſſe ſolet, quid ſi cùm fundum ita offeram, & tu pro vſuris accipere nolis, mihi poſtea incultus iaceat, vt quinō poſsim colere? certe iniurioſus erit potius, ſi nō accipiat? at ſi ita accipiat, an nō ſit æquū, fructus quales quales ſint percipere omnes? præcipue ſi creditore nō petēte vltro offerātur, vt do. eleg. glos. in l. fideicōmiſſa. §. ſi rem. de legat. 3. Huc

facere

facere mihi videtur caſus in terminis fortioribus, ſi nudam tibi pignori dedero proprietatem, cui poſtea accreſcat vſusfructus, certe non debitoris, ſed creditoris erit hic vſusfructus. l. ſi conuenerit, vt nomen. §. j. de pig. act. quod cùm non conuenerit, tamen aacreſcat vſusfructus, quid de noſtro caſu dicemus, vbi & couuenit, vt creditor fructus perciperet omnes, & ei ſint vltro oblati, vt probatum eſt ſuprà? Vnde non video, quæ feneſtra, vt tu ſcribis, creditoribus ad maliciam pateat. Debet autem multo maxime id in fructibus habere locum, quorum incertitudo facit vſurarum additamenta admitti. l. oleo. C. de vſuris. Non enim illicitum fœnus contractum ſed viliore precio fructus venditi videri debent, vt di. l. ſi ea pactione. C. eo. de vſuris.

Porro

Porro neque hic omittere poſſum, quod eleganter decidit Bart. ſi conuenit, vt fructus ſint pro vſuris, & debitor ante ſoluat, quàm fructus ſint percepti, nihilominus fructus diuidi inter debitorem ſolere atque creditorem. in l. qui Romæ. in fi. pr. de verb. oblig. Ex his & ſimilibus, quæ partim à me in ſuperioribus adducta ſunt, partim breuitatis cauſa nunc omittũtur, plane cenſeo fructus ex fundo, ſi plures ſint, & legitimarum vſurarũ excedant modum, apud creditorem manere, præcipue ſi fundus vltro oblatus ſit, & penes creditorem cultura ſit & cura, vt loquitur Bart. in l. cotem. §. fi. in 4. col. de Publica. pro qua aliàs fructus lucrifacere poteſt, vt di. glos. eleg. in l. & ex diuerſo. de rei vindi. Nec obſtat, quod di. l. ſi pignore. de furtis, pignore vtentem

furtum

furtum committere, nam tametſi fundus, ex quo fructus percipiũtur, videatur eſſe pignoris loco, fructus tamen, quos percipere vſurarũ nomine iuſsus eſt, nomine pignoris cenſeri nõ debẽt, ſed tanquã proprij, vnde minime eos illicite contrectari dicere poſſumus, cũ quiſque in re ſua ſit moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. Mandat. Vale. Andega. X I. April. Anno M. D. L X I.

EPISTOLA XI. AD IOHANNEM BELGErum Iureconſultum.

In materia tranſactionis.

PEtebat Flaccus à Valerio ſummã pecuniæ profundo, quam ſe debere Valerius negabat, adfert Flaccus inſtrumẽta, quorum auctoritate permotus

motus Valerius cũ eo tranſigit, poſt vero annos plus minus quinque falſa ea eſſe inſtrumenta cognouit Valerius, accuſat itaq; Flaccũ, atq; ipſam trãſactionem iure nullam eſſe contendit, pretendens id loco conditionis ei tranſactioni infuiſſe: ſi ſcilicet inſtrumenta ſint vera. ar. l. 4. §. j. de pactis. Vbi mulier ſi det dotem ante nuptias, nuptijs non ſecutis repetere poteſt quaſi ea ſit expreſſa conditio, ſi nuptiæ ſequantur. fa. ad hoc l. plerunq;. §. ſi ante. de Iure dot. ar. etiam eſſe poteſt. l. interdũ. de verb. oblig. in qua ego ſi ſtipuler fructus fundi, tacite ineſt, ſi naſcantur, ita in hac tranſactione putabat Valerius cogitari debere, ſi inſtrumenta eſſent vera. Atqui cùm vera nõ ſint debere tranſactionẽ iure eſſe nullam, & ſic minime iuuare Flaccum quinque annos præteritos. Hac de re

H cùm

cùm interrogatus fuiſſem, reſpondi: Verum quidem aliquo modo eſſe, quod Valerius prætenderat, id eſt, ſi inſtrumentorum reſpectu facta ſit tranſactio, eáque poſtea falſa eſſe cognoſcantur, poſſe illam tranſactionem irritam dici. per tex. expreſ. in l. pen. C. eo. de tranſact. vbi idipſum verum eſſe etiam ſcribunt Impp. tametſi iuramentum interuenerit. Id tamen intelligendum eſt, vt tranſactio non fiat ipſo iure nulla, ſed per in integrum reſtitutionem, id eſt, vt denuo de ea re tractetur quaſi tranſactio nunquam facta fuiſſet, & hoc etiam innuit tex. in d. l. pen. dũ dicit, retractari præcipimus. & tex. in l. j. C. de aduo. diuer. iudicio. ibi, de cauſa principali denuo quæretur, eſt opt. tex. in l. Diuus Adrianus. de re iudi. Iſta autem in integrũ reſtitutio expirat

rat quadriennio c.j.& 2.de in integ. reſt.glos.elegãtis.in c.licet. de probat. & ibi Panor. nu. 26. præſertim cùm Flacci dolo factum non probet, quod inſtrumenta falſa ſint adducta, quod ſi foret, fortè criminaliter agere poſſet, & ſic quadriennio minime expiraſſet iſta reſtitutio, vt docet d.glos.in c. licet.in verbo, opponi. Item ſi aperta eſſet calumnia vel dolus Falcci, poſſet forte aliàs tranſactio eſſe nulla, per ea quæ do.eleg.Bal.in l.in ſumma. de condict.indebi.àt cùm de dolo Flacci minimè cõſtet, quadriennio iſtam tranſactionem confirmatam eſſe, & nihil amplius opponi poſſe exiſtimamus per ſuprà alleg. Nec verum eſt, quod oppoſuit Valerius ineſſe in tranſactione conditionem, ſi inſtrumenta ſint vera, nam nequaquam ineſt, vt do.eleg.glos. in d.l.pen.C.de tranſ-

act.ad quam me refero, & trad.eleg. & latè Zas. in l.quod meo §. ſi furioſo.de aqui .poſſ. quem §.d.glos.ſubtiliter & bene alleg.nec obſtat quod de l.4.opponit Valerius,de pact.quia hoc priuilegium proprium eſt dotis, cuius eſt aliàs ea naturà, ſi ſimpliciter ſit data, vt intelligatur interueniſſe ſtipulatio.vulg.l.vnica.C. de rei.vx.act. nec obſtat etiam l. interdum. de verb. obli.quia ibi natura ipſa tacitam cōditionem continet, cùm fructus dari nō poſſint,niſi per naturam producãtur, vt vbi in d.l.interdum.ipſemet Paulus loquitur. Et ſic minime dubito, quin Flaccus ex d.tranſactione ſit abſoluendus,hac tamen de re iudicium quoque tuũ expecto.Quare ſi tibi aliter videatur,Belgere, quid ſit,quod te moueat, quæſo, mihi quamprimũ communices. Vale Andeg.IIII.Iulij.Anno M. D. LXI.

EPI-

EPISTOLA XII. AD IOHANNEM GIOTTUM Aurelianenſem.

In materia ſucceſsionis.

EST in patria tua, Giotte, vt narras, tale ſtatutum, vt filiæ maritatæ non ſuccedere poſsint cum fratribus maſculis. Deceſsit autem quidam Valerius relictis duobus filijs, & filia vnica Mæuia, quæ erat cuidam deſpõſata per verba de futuro. Nuptiæ vero celebratæ non erant, nec matrimonium confirmatum. Prædicti fratres volunt huic ſorori tantum numerare dotem, nec eam ſimul ad ſucceſsionem admittere tanquam maritatam. E contrario filia ſe pro maritata haberi non poſſe contendit, vtpote quòd matrimonium conſummatum non ſit,

quæſiuiſti itaque à me quid in hoc caſu ſtatuendum eſſet. Ego quidem videbã primùm ex parte fratrum obijci poſſe, eam quæ deſponſata ſit pro maritata haberi debere, qui tex. apertis. in l. cũ fuerit. de condit. & demon. vbi Vlpianus in caſu ſimili ita decidit, vt ſi relictum ſit legatum alicui, ſi in familia nupſiſſet, ea vero ſit deſponſata, legatum ſtatim deberi. Ecce hic manifeſtè vides deſponſatam pro maritata haberi. Adfert rationẽ I C. eam, quia, inquit, nuptias non concubitus ſed cõſenſus facit, l. nuptias. de reg. iuris. Id quod adeo eſt verum, vt ſi vxorẽ quis abſentẽ ducat, quod fieri poteſt. l. 4. de ſpõſa. & ante pereat, quàm ad eam veniat quod vxor eum lugere omnino debeat. l. denique. de ritu nupt. Eſt alius caſus multo fortior. ecce enim certa die tibi nuptura quædã eſt, & ea ante tibi aliquid

quid donat, quàm domum ducatur, & fiãt dotis tabulæ, nihilominus ait Scæuola donationem tanquã inter virũ & vxorẽ non valere. l. Seia. de dona. inter vir. & vxo. Et ſic etiã ſenſiſſe Azonẽ refert eleg. glos. in l. 3. §. j. in verbo, cõcubinæ. de dona. inter vi. &c. Huc multũ videtur facere, quod de iure Cano. ſimpliciter ſolus amborũ coniugũ cõſenſus requiritur non inſpecta copula vel ductione in domũ, vſq; adeo, vt ſi primũ vnam duxeris, & poſtea aliam, cum qua coniunctus eſſes per copulã, nihilominus priori tu reſtituereris. c. licet. & c. fi. de ſponſa duõ. eſt tex. opt. in c. ſufficiat. 27. q. 2. cum plurimis alijs, quæ recenſet Panor. in con. j. lib. j. Vltimò pro hac parte faciunt, quæ trad. Paulus de Castro in d. l. cùm fuerint, quod ſi ſit ſtatutum, vt mortua vxore vir partem dotis lucretur,

mulierq́; per verba de præſenti deſpō-ſata moriatur, quod eam partem, quæ ſtatuto expreſſa eſt, omnino maritus lucretur per illum tex. in d.l. cùm fuerint. & ita ipſe conſuluit aliàs in cons. 247. Id quod ſi eſt verum, magnam in hac quæſtione vim obtinet. His tamen minime obſtantibus, verum eſſe id putem, quod d. Mæuia tanquã non maritata cum fratribus ſuccedere poſsit, per tex. conſtantiſs. in l. non ſine. C. de bo. quæ lib. vbi ſi duo ſint cōiuges in parentum poteſtatę, & alter moriens relinquat aliquid, id ſibi non parentibus acquiri deciditur, factum eſt autem vt adhuc ſponſus moriens ſponſæ quid relinqueret benigna Iuris interpretatione. Voluerunt Impp. vt tanquã vxori ſpōſæ acquireretur. Sic itaque in caſu noſtro, per egregiam ſimilitudinem pro ſponſa eadem iuris inter-

interpretatiõe benigna decidendũ eſt, ne pro vxore habeatur, cùm ſcilicet de eius fauore tractetur, & ita tradit Cynus in d.l.non ſine. Verba enim in ſtatutis ſtrictè ſunt & propriè intelligenda l.3.§.ſi is qui nauem.de exer.actio. Vnde nec in odium vergere debent, ſed potius in fauorem. Sic ſi laici habeant ſtatuta, ad Clericos etiam referuntur, ſi ſcilicet eorum ſit fauor, ſecus ſi ſit odium, vt latè trad. Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ.in fi.de conſtit. Sic ſi aliquid relinquatur familiæ alicuius Titij, qui iam eſt mortuus, ad hoc ne diſpoſitio vitietur, ſubaudiendum eſſe ait Bart.dictionem quandã Titij.in l.ſi cognatis.de reb.dub.de quo eſt bo.tex.in l.inſulam.de acqui.re.domi. Verùm hoc in ſtatutis locum non habet, ſi in odium vergat. Ecce enim ſtatutum eò emergit, quod dicit

filios rebellium eſſe puniendos, hic certe non intelligitur quondam rebellium, quia hoc eſſet odioſum. tract. hoc late Ioan. & Pet. in c. iudicante. de teſtam. Fely. in c. venerabilis. de teſti. Alex. & Iaſon, qui late extendunt hanc doctr. in l. eius. ſi cert. peta. At ſane longe aliud eſt ſponſa quàm vxor, ſponſus quàm maritus, quia ſponſalia tantum ſunt quædam promiſsio & mentio futurarum nuptiarum. l. j. & 2. de ſponſa. c. naturales. 30. q. 5. Ad hoc enim vt vxor verè ſit, & matrimonium perfectum dici poſſit, opus eſt, vt domum eam ducat maritus. l. mulierem. de iu. do. qua de re, atque adeo quæſtione noſtra tota ſatis multa Abb. in con. j. lib. j. quò me refero, nec obſtat tex. in l. cùm fuerint, quia ibi legatum erat certum debi-

debitum iri, vtpote quia certum quodammodo erat, nuptias futuras eſſe ſponſalibus contractis. Similiter reſponderi poteſt ad l. Seia. quia cùm donatio inter virum & vxorem generaliter non valeat, & certa dies ſit nuptijs deſtinata, in fraudem legis facere videtur, qui ante diem donat. Vnde merito non valet, ſecundum glos. in c. plerique 14. q. 3. & glos. in c. quanto amplius. de priuil. l. ſed Iulianus ait. §. mutui. ad Maced. Nec obſtant reliqua, quæ diſputant quomodo & quando conſideretur matrimonium ante copulam, quia hîc minime locum habent, vbi inſpicimus ſtatutum, quod in odium vergere non debet, & debet in eo potius conſiderari vocabulum mariti & vxoris proprie, cùm aliàs in odium vergeret, de quo multa

ſatis

ſatis. Abb. vt dixi. in cons. j. lib. j. Et ſic ſentio iudicandum in hac quæſtione, ſaluo cuiuſcunque iudicio & cenſura. Vale. Andegaui. XIII. Iulij. Anno M. D. L X I.

EPI-

EPISTOLARVM IVRIDICArum, quæ conſiliorum vice eſſe poſſunt Liber ſecundus.

AVTHORE IOHAN. AVRpachio Iuriſconſulto.

EPISTOLA I. AD IOHAN. LVDOVICVM Trainerum.

In materia interpellationis.

FECIT *tranſactionē, vt mihi retuliſti Trainere, Titius quidam tibi familiaris cũ ſuo cognato Sempronio, cui ex hæreditate quadam vel nihil, vel parum debebat, vt tamen in iudicio cum eo non contenderet, promiſit*

ipſi

ipſi duo millia, quæ ſi ipſi intra duos annos nõ daret, arcẽ Claudiã pignoris loco haberet. Duo anni elapſi ſunt, nec ſumma duorũ milliũ exoluta eſt. Quid fit? arcẽ occupaturus Sempronius cũ famulis ſuis accedit non interpellato Titio, ac eũ, qui ex locato tenebat, eiecturus. Quæſiuiſti à me quid iuris eſſe cẽſerẽ. Ac ſane cũ pro vtroq; quàm plurima diſputari poſſint, nonnulla nos adferemus, ac deinde pro iure quid ſit decidẽdum reſpõdebimus. Pro Sempronio itaque facit primũ, quod ſi quis certo tẽpore facturum ſe aliquid vel daturũ promiſerit, ac niſi certo tẽpore ſtatuto hæc perfecta ſint, pœnam adiecerit, ſciat ſe minimè pro euitãda pœna obijcere poſſe, quod minime ſit admonitus. Debet enim ipſe eorum meminiſſe, quæ ſemel promiſit, nec vt ab alijs ſuggerãtur ſibi, poſcere. l. magnã C. de cõmut. ſtip. Sic etiam

tiā in pactis emphyteuticarijs, ſi ſolitæ cōuentiones ab eo, qui emphyteuſim ſuſcepit, nō ſint ſeruatæ pro tenore cōtractus emphyteutici, dominus eū repellere poteſt, neq; poteſt quicquā ex eo inuari, quod admonitus nō ſit aut inquietatus. Siquidē neminē oportet cōuentionē aut exactionē expectare, ſed ſpōtanea volūtate debitū exoluere. l. 2. C. de iure emphit. facit in eodē caſu quod dicitur in c. potuit. de loca. quòd ſi emphyteuta canonē intra ſtatutū tēpus nō ſoluerit, quod poſſit eū dominus expellere nō obſtante, quod non ſit ei nunciatū, quia dies ſtatuta pro domino interpellat, vt dicitur in d. c. potuit. in fi. & ibi hoc colli. Abb. Sic dicit Bal. ſi quis dicat ſe facturū quid aut curaturū, tenetur ad hoc abſq; interpellatiōe in c. j. §. adhæc. vers. Et nota, quod ſi quis &c. tit. hic finitur lex. in vſib. feud. quod dictum

dictum Bal. tanquam ſingulare extollit Alex. in l. quod te. ſi cert. peta. Item & in pignore conuentionali, quale eſt in noſtro caſu, non opus eſt traditione. l. j. cum glos. & l. non eſt mirum. de pigno. actio. vbi in d. l. dicit Bart. ſpeciale eſſe in pignore, vt ſolo conſenſu ſine traditione conſtituatur, cõtra naturã aliorum iurium realium, quæ traditionem requirunt. vulg. l. traditionibus. C. de pact. l. ſi partem. in pr. quemadmodum ſer. amit. Sic in ſimili caſu facilius præſumitur legatum ademptum in venditione, quàm pignore. §. ſi rem ſuam. de leg. quia emptionis eſt natura, vt perpetuo res apud emptorẽ maneat. l. ex empto. in pr. de actio. empti: pignoris vero, vt reddito debito ipſum quoque reddatur. l. ſi debitor. de precar. Vnde nec mirum, ſi facilius quid in pignore concedatur, quàm in

alio

alio contractu vel cõuentione ar.c. vbi periculum. de elect. in 6. Inde ſing. do. Bal. quòd ſi tecum pactus ſim, vt ſi pecuniam certo tempore non dederis bona tua propria authoritate ingredi poſſim, nec vllam fecerim pignoris mentionẽ, tamen hypotheca contracta ſit. in l. creditores. in verb. final. C. de pignor. quæ doctrina ſingulariter ad hunc caſum noſtrum adaptari poteſt.

Porro eſt caſus in c. licet. de ſup. negli. prælat. qui huc ſpectare videtur, quòd ſi quis habeat facultatem beneficij cõferendi intra ſemeſtre, ſemeſtri elapſo non poſſit amplius conferre, & ſi velit in cõtinenti, vt refert Abb. in d.c. licet nu. 6. Poſtremo eſt caſus & fere ſimulis in l. hoc iure. de verb. obligat. vbi ſi pro miſerim quid, ſi Stichus ante cal. Martias in Italiam non venerit, ante dicitur peti nõ poſſe, quàm ſit exploratum

Stichum venire ad d. Cal. non poſſe. Ergo ſi venerint Calendæ præciſe & ſine interpellatione peti poteſt, argumẽto à ſenſu contrario deſumpto. Hæc quidem magni ſunt momenti, & facile mouere quem poſſent, recte Sempronium ſine interpellatione arcem Claudiã occupare potuiſſe, vt crederet. Sed contrarium verius eſt. Nam generaliter cũ quis dare quid promittat, ac niſi dederit pœnam adijciat, interpellari debet ante, quàm pœnam committat. de quo eſt tex. ineuitabilis in l. ſi pœnã. quando dies leg. ced. l. ſi ex legati cauſa. de verbo obligat. Sic in ſimili, quãdo fideiuſſorem te accipio, ita mihi obligaberis tãdem, ſi reus principalis interpellatus nõ ſoluerit. l. fideiuſſor obligari. §. fi. de fideiuſſ. Idẽ in bonorũ collationis ſtipulatione iudicatur, quæ tum demũ committitur, cùm interpellatus

aliquo

aliquo ſpacio, quo facere poterat non facit. l. ſi quis filium. §. fi. de colla. bonor. Item promiſi tibi Calend. Martij Romæ dare centũ, & niſi dedero pœnam. Si ante Cal. Martij Romam venero, etiamſi non dedero, pœnam non incurram, ſi non ſim interpellatus. ita trad. Angel. in §. loca. de verbo. oblig. Sic ſi quid ſub pœna ſit commiſſum, ſemper, vt pœna committatur, requiritur interpellatio, ita trad. Bart. in l. ita ſtipulatus. nu 54. de verb. oblig. Quin, inquit, idem Bart. exiſtentia conditionis non conſtituit debitorem in mora, niſi prius per creditorem interpelletur. in l. quoties de verb. oblig. Sed ſimiliter in hoc pignore certè iudicari debet, quia ſatis pœnæ ei ſit commiſſum, ſi arcem ſtatim reciperet, & ipſi eijcerent conductorem, ac ita ſentit Dynus in d. l. ita ſtipulatus.

Porro generaliter dicit Olradus, per eum non ſtare, quo minus faciat, quod promiſit, ſi nõ interpelletur. cons. 242. vbi alleg. l. j. §. non exigit. vt in poſſ. leg. Facit ad hoc, quòd ſi à lege pœna imponatur, ſi aliquid non fiat, monitionem præcedere debere, vt pœna legis cõmittatur, vt no. Inno. in c. extirpãdæ §. quia vero. de conceſ. preben. Præcipue vero id locum habere poteſt in hoc noſtro caſu, vbi non eſt factum, ſed datio, quæ ſemper eſt eadem, quocunq; tempore fiat. In facto autem eſſet differentia, quia multum intereſſe poteſt, vt quid vel hoc vel illo tempore fiat, id quod docet Bart. in d. l. ita ſtipulatus. nu. 2. vbi alleg. l. ſi non ſortem. §. libertus. de cõdi. indebiti. Multa enim ſunt commodo tempore grata, incommodo vero odioſa. l. cũ patronus in pr. & l. Si libertus. in fi. de oper. liberto. vnde ſi fa

ctum

ctũ eſſet, nõ forte negaremus, quin ipſe ad intereſſe teneretur, vt latè tractat Decius con. 2. ad fi. Huc & id ſpectat, quòd ſi pignus legitime venditum ſit, non poteſt debitor ſtatim agere ad ſuperfluum cũ creditore, qui pignus vendidit pluris, ſed expectandum ei, donec emptor ſoluat. l. eleganter §. ſi vendiderit. de pigno. acti. Multo verò magis in hoc caſu noſtro, vbi ex liberali voluntate plus promiſit Titius, quàm reuera debebat, id quod plerique faciunt, qui litiũ oſores potius de iure ſuo quiddam concedunt, quàm in iudicium veniant. l. 4. de alie. iudi. mutã. cauſa fa. Minimè ergo cum ſacco illi veniendum hîc fuerat. l. quòd dicimus de ſolut. De quo vide pulchram gloſſam in §. Omnis. de verb. oblig. Quin quod plus eſt, ſi arcem forte ſua auctoritate prehendiſſet, & chaſmate vel ruina periſſet,

 de

de tota Titio quin teneretur, non eſt dubium. De qua re tex. eſt irrefragabilis in l. qui ratiario. de pigno. actio. Nõ enim concedi ſingulis id debet, quod Magiſtratus auctoritate fieri debet. l. non eſt ſingulis. de reg. iuris Bart. in l. alia cauſa. ſol. matri. Haudquaquã vero poſſeſsionem ingredi inuito domino quiſquam poteſt ſine Iudicis decreto. l. dotis actione. C. ſol. matri. Vnde de hoc c. paſtoralis, cũ not. de priuil. ſa. irrefragabilis tex. cum not. ibi in l. 3. C. de pigno. fortiter noſtrum propoſitum cõfirmat. l. Si is qui bona §. 2. de pigno. Vbi caſus eſt ſimilimus eiuſmodi: Si, dicit Iureconſultus, ἀντίχρησις facta ſit, & in fundum aut in ædes aliquis inducatur, eouſque retinet poſſeſsionem pignoris loco, donec illi pecunia perſoluatur, quo tex. nihil eſt manifeſtius, cùm inducatur, inquit, ergo pro-

propria auctoritate haudquaquam recipiet. Quid, quòd ſi quis ſe ſubtraxerit & omnino non adeſt, Iudex tamen inducias dat, intra quas ſi non venit, in bonorum poſſeſsionem aduerſarium quidem mittit, ſed ſi debitor ſe exhibeat ante, quàm actor proſequatur, & damnum reſarciat, quocunque modo res ſuas recuperabit. Autent. & qui iurabit. C. de bo. auth. iudi. poſsi. Quis non putet ergo, multo minus poſſe in pignus ruere hunc noſtrum actorem non interpellato domino? Adduco in ſimili efficaciſsimum tex vbi. fideicommiſſi ſeruandi cauſa in poſſeſsionem quis ſi miſſus eſt &c. l. ſi pecuniæ. vt in poſſ. lega. Poſtremò interpellationem omnino eſſe neceſſariam omnia iura, omnes interpretes, in omnibus fere caſibus ſtatuunt. Cynus

in l.in minorum. C.in quibus cau.in inte.reſt.non eſt ne.Guilhel. de Cuneo in l.quod te.ſi certum pet.vt refert Bart. in l.quoties in diem.de verb.oblig. Modicum enim tempus ſtatuendum eſt, quod non debet eſſe minus decem dierum, ait Paulus in l.promiſſa.de cõſtit. pecu.aut certe Iudicis arbitrio relinquendum, vt do.glos.in §.fi.de inut.ſtipul.fa.l.ratum.de ſolut.tract.Chriſto.in §.Omnis. de verb. oblig.quia generaliter cùm à lege tempus non eſt determinatum Iudicis arbitio relinquitur.l.j. de iure delib.glos.bo. in §.Si autem, in verbo, criminalem. in proœm.ff. aliàs id abſurdi ſequeretur, vt quis eo puncto, quo obligatur, conſtituatur in mora, contra l.quod dicimus.de ſolut.& §. fi.de inuti.ſtipulat. Sed ante diem vel conditionem, quæ quidem æquiparantur, non eſt obligatio.vt Bart.d.l.Quoties.

ties. Idem quoque Bart. ait, ſi ſolutio alicui fienda eſt pro aliqua re, quòd teneatur creditor ire ad domum debitoris. in l. item illa. nu. 9. de conſt. pecu. at hic certe plus ei, quàm reuera debebat, ſoluere Titius promiſerat ob cauſam ſupradictam, ergo merito eum interpellare debebat, vel ciuilitatis cauſa, vt maxime aliud iuris habuiſſet, ne incideret in d. l. quod dicimus. terminos. præcipue cùm ſit & cognatus eius, cui tempus humanitatis cauſa tribui debet. l. ſi cum militi. de compenſat. Vide latè Porcium in §. Omnis. de verb. oblig. & quia cum eo Titius tam benigne & liberaliter egerit, plus dando quàm deberet, litium vexationem metuens. l. 4. ad Trebell. Secus ſi eſſet quidam Magnas vel Prælatus, nam tunc veriſimiliter videretur iudicandum, quòd debuiſſet debitor vltro ad eum

accedere & debitum offerre, ſecundum ea quæ pulchrè trad. Bart. in d. l. item illa. nu. 13. ar. l. quod ſi Epheſi. in fi. de eo quod cer. lo. & l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. oblig. Generatim autem iſta verba, ſi non dederit vel fecerit, pœna committatur, intelligi debere docet Bart. id eſt, ſi in mora fuerit dandi vel faciendi in l. ſi duo. §. hæc autem verba. de conſtitut. pecu. Mora autem non contrahitur ſine interpellatione, vt ſuprà abunde in noſtro præcipue hoc caſu oſtenſum eſt. Idem fere dicit in caſu ſimili Aretinus: quando quis promittit ſe curaturum quod aliquis ratificabit ſub pœna, quod ad hoc vt pœna committatur neceſſaria ſit interpellatio. in cõs. 27. quod incip. præſupponitur in facto. col. fi. vers. ad octauum igitur. Sic etiam cõſuluit Paul. Caſtren. in con. 146.

incip.

incip. videtur quod dictus Ioh. Paulus. quòd fideiuſſor qui promiſit aliquẽ præſentare intra octo dies, quod etiã poſt elapſos dies octo nõ ſit in mora, niſi interpelletur. Ex his omnibus facile prudens Iudex perſpiciet, cũ tractatus hic ex æquo & bono pẽdeat, vt dicit Bart. in d.l. Item illa. Sempronium, haudquaquam non interpellato Titio arcem occupare potuiſſe. Ad id vero quod dictum eſt, diem pro homine interpellare, reſpondemus id tum verum eſſe, cùm ante diem nata eſt obligatio, ac ita intelligi debere. d.l. magnam. & d. l. 2. C. de iure. emphyteu. & d.c. potuit. dicit Decius. d. con. 2. vbi quàm plurima allegat ad hoc. aliàs abſurdum committeretur, de quo ſuprà ſatis dictum eſt, quod quis & ſimul pœnam committeret, & in mora conſtitueretur contra. l. quod dicimus. de ſolut. ex quo appa-

apparet etiam d. Bal. ſuprà allegatum in noſtro caſu locum non habere. Loquitur enim de eo, qui erat purè & ſimpliciter ad factum obligatus, vnde debet illud factum exequi, cùm primùm poteſt, ita reſpondet Decius d. con. 2. Nec obſtat quòd in conuentionali pignore non opus ſit traditione, quia id locum habet in re mobili. Immobilia verò ſine decreto obligari nõ poſſunt, vt trad. eleganter Bart. in d. l. j. de pigno. acti. Ac ſane tametſi pignoris adiectio in ipſius Sempronij tanquam creditoris fauorem ſit facta, & ſic vel pignus vel debitum poſt elapſum terminum petere poſſit, vt do. Bart. in l. quamuis. poſt Guil. de Cuneo. de pigno. act. & latè atque eleganter Decius in con. 12. quod in hoc noſtro caſu plurimum facit, ſine tamen interpellationē atque ſuamet auctoritate nihil omnino po-

no potuit, vt abundè ſuprà eſt proba-tum. De facto c. licet. reſpondeo ibi ius quæſitum eſſe ſtatim alteri, vnde nec mirum ſi elapſo tempore amplius col-lationem nõ habeat. ad ius enim quæ-ſitum quiſque admittendus eſt, vt no. Inno. in c. cùm nuper. de re iudi. Quòd vero vltimo loco ex l. hoc iure. de verb. oblig. obijcitur, nullius eſt validitatis. Nequaquam enim ibi dicitur ſine in-terpellatione peti poſſe. Et ſic contra d. Sempronium plane iudicandum eſſe hactenus euicimus. Quantumuis enim quis non videatur ſic agens, vt noſter hic Sempronius, vim facere. l. 3. C. de pigno. ciuilius & vrbanius tamen fa-ceret, ſi autore Magiſtratu faceret, vt & tex. & glos. in d. l. 3. docet. Quin & ex tali denũciatione, & Magiſtra-tus imploratione plurimum vtilitatis conſequitur creditor. Si enim ſine de-

nuncia-

nunciatione conueni debitorem, qui mihi ſoluit ante litem cõteſtatam nullas expenſas mihi refundit, quaſcunque fecerim vel extra iudicium vel intra. Verùm ſi prius denunciauero, & conueniam, tametſi ſoluat ante litis cõteſtationem, tamen ſumptus legitimos in aduocatos, procuratores & aliàs in iudicio factos nihilominus mihi ſoluet debitor, vt pulchrè docet Bal. in l.pen.C.de fructi.& lit.expens. Anto.de But.in c.j.de libell.oblat. quæ doctrina eorũ ſane perquàm eſt notabilis. Poſtremò & id hoc loco addendũ eſſe neceſſario duximus, quòd tametſi Sempronius iure conuentionis arcem ſua auctoritate occupare potuiſſet, quod minimè tamen concedimus, non potuiſſet tamen locatorem eijcere, id quod ineuitābili tex. probamus ex. l. qui legati. cùm glos. ibi. C. vt in poſſ. legat.

gat. Et ſic in hoc caſu reſpondendum de iure pro Titio duxi, cui tu hæc, ſi forte vſui ei eſſe poßint, pro tua commoditate tranſmittes. Vale. Andegaui. XXV. Ianuarij. Anno M. D. L X I.

EPISTOLA II. AD IOHANNEM LOBETIum Iureconſultum.

In materia primogenituræ.

QVemadmodum in ampliſsimo Galliæ Regno primogenitus Regis filius Delphinus dicitur, & primam habet ſucceßionis prærogatiuam, ita primus Ducis Ferrarien. filius dicitur Princeps, ac vt Delphinus in regno Galliæ, ita is in Ducatu ſuo eſt priuilegiatus. Contigit autem vt Hercules duce adhuc

patre ſuo viuente, Princeps exiſtens filium procrearet Alphonſum, deinde patre mortuo Dux effectus aliũ ſuſcepit filium nomine Aloyſium. Moriente demum Hercule Aloyſius Alphonſo præferri cupit, ac ſibi primogenituræ ius arrogat, allegans fratrem Alphonſum non Ducis, ſed Principis filium eſſe, quæſitum eſt à me Lobeti, quo iure id, vel qua iniuria faciat. Ac primùm quidem ex parte Aloyſij pro confirmanda eius ſententia opt. facere videbam, quod not. in l. Imperialis. §. his illud adiungimus. C. de nuptijs. vbi habetur Regis aut Sacerdotis filium dici non poſſe, qui ante natus eſt, quã pater aut Rex aut Sacerdos ſit factus. quo loco Bald. in filio Regis planè hoc decidit & ſecutus eſt eũ Fr. Cremens. qui ſe hoc diſputando obtinuiſſe refert in ſuo ſing. 50. facit quod dicit Bart. ſi ſit

ſtatutum

ſtatutum, vt nobilibus delinquentibus pœna aggrauetur, & natus ex plebeio patre, qui poſtea nobilis ſit effectus, delinquat, haudquaquam vt nobilem puniendũ, in l. 2. §. filijs de Decur. tract. Zas. in tit. de ſucceſſ. feud. nu. 13. Cui affine id eſt, quòd ſi decurio ſe militiæ dedat retrahi queat vna cum liberis poſtea natis, quàm ſit militiæ addictus. l. ſi quis Decurio aut ſubiectus. C. de decur. lib. X. Vnde & id procedit, quod in argumentum eſſe poteſt, quod natus ex libera & ſeruo pro Decurione defendi non poſſit, tametſi pater eius natalibus reſtitutus Decurionatus honorem adipiſcatur. l. ex libera. C. de ſuis & legit. Plerunq; enim ac pluribus fere in caſibus conceptionis tempus in filijs inſpici atque conſiderari ſolet. l. Emancipatum. §. fi. cũ glos. ibi. de Senat. Quinetiam de dignitate patris

K filius

filius poſt eam ſuſceptus rectè gloriari poteſt, vt di. glos. eleg. in l. 2. §. in filijs. de decur. Porro huc etiam refero quod dicitur in l. fi. C. de decur. lib. X. quod Curialis aſſecutus aliquam eminentē dignitatem tantum ipſe vna cum liberis, quos poſt eam dignitatem acquiſitam ediderit, ſe liberum exiſtimet, anterioribus in eodem ſtatu permanentibus. Ex quibus ſane omnibus iudicari deberemus, Alphonſum antè ſuſceptum non gaudere poſſe primogenituræ priuilegijs. Sed his minimè obſtantibus, contrarium in hoc noſtro caſu decidendum exiſtimarem. Hercules enim etſi reuera tantũ Princeps eſſet, cùm Alphonſum progeneraret, potentia tamen nihilominus Dux fuit, cùm patre mortuo, ipſo ſtatim momento in eo Ducatus imperium continuaretur. Vnde Alphonſo patris dignitas, quæ

quaſi

quaſi iam in eo etiam ipſo Alphonſo erat, ſtatim cùm eum genuit, ac poſtea moriente patre non de nouo ei adepta, ſed tantum accepta, prodeſſe debet, ita vt nõ minus ex Duce natus, quàm poſtea fuit Aloyſius, videri poſſet, de quo eſt tex. irrefragabilis in l. ſenatoris filium. de Senat. vbi dicitur ſenatoris filium haberi non tantum, qui à patre, dum eſſet ſenator, procreatus eſt, ſed et ſi fuerit ante ſuſceptus, quàm pater eſſet ſenatoriam dignitatem adeptus. Sic in multis pro decurionis filio habetur etiam ante decurionatum patris natus l. 2. §. in filijs. cum ibi not. de decur. Si enim viri proſperitas tantopere vxori prodeſt, item genero ſoceri dignitas pòſt acquiſita, vt probatur eleg. tex. in l. fi. C. de nat. libe. cur non potius liberis proprijs noſtris proſit, quibus propinquius nihil, nihil habe-

mus carius.l.fi.§.j.C.de curat.fur. Sed ſingamus alium caſum. Si quis forte ad tempus à Ducatu depoſitus interea filium ederet, ac antè moreretur, quàm reſtitutus fuiſſet, benigna certè interpretatione admittendum foret eum Ducis filium eſſe. d.§.in filijs.vers. ſi ad tēpus. Nam & hic Hercules viuente patre tanquam à Ducatu ſuſpēſus fuiſſe videri poteſt, vt ille in exemplo ſuperiori, ac vt ille ſtatim finito ſuſpenſionis tēpore Dux iterum eſt, ita hic noſter Hercules patre moriente, ac velut cedēte, atque vacuam poſſeſſionem relinquente. Cur ergo ius idem non ſtatuam, cùm res eadem ſit? l. vni ca.de bo.poſſ. ex teſt. milit. cum vulg. Similiter, ſi quis conceptus ſit ex aliquo nō Principe, qui eo concepto Princeps fiat, & ante moriatur, quàm is edatur in lucem, certe & is Principis filius

filius dicetur.d.§.in filijs.vers.præterea.quòd cùm his in caſibus locum habeat, multo magis in Hercule noſtro locum habere debet, qui viuēte adhuc patre,etſi Princeps dicatur,tamē quaſi Dux etiam eſſe dici queat, quod nimis quàm notum eſt.Mortuo enim poſtea patre Ducatus fauorem,dignitatem,poſſeſsionem non tam ſibi acquiſiuiſſe, quàm ante acquiſitam cepiſſe dicitur,per glos.ſing.in c.j.ad fi.de feu. cognit. quam glos. multum commendat Bal.ibi. Sic etiam in feudis dici ſolet,quorum poſſeſsio in filijs ita continuari dicitur, vt viuo etiam patre inueſtiti cenſeantur, & iam quaſi poſsidere,ita vt mortuo patre non opus ſit alia inueſtitura, vt do.Bal.eleg.in l.cū antiquioribus. in x. col.C. de iure delib.viuo enim patre non ius deeſt filio, ſed adminiſtratio,qui poſt mortem pa-

tris in propriam venit.l.j.§.largius. de ſucceſ.edi. Quin & retinet potius paterna bona filius, quàm quòd in ijs ſuccedit, vt di.Bal.in c.j.an mut.vel ſurd. in vſib.feud.Id vero multo maximè locum habere debet in primogenitis, vt hic noſter Hercules fuerat, qui præter alios priuilegiati ſunt etiam iure diuino, vt in glos. in c. Quàm periculoſum. 7.q.j.quorum etiam ſucceßionem præter ſubſequentes approbat ius Cano.in c.licet.in fi.de voto. Ac eſt ſanè primogenituræ tanta vis, vt ſi filius primogenitus viuente patre decedat relicto filio & fratribus, poſtea moriēte patre, filius eius vt primogenitus ſuccedat excluſis patruis, vt refert & probat Abb.in d.c.licet.quæ quidē Abba. doctri.multū nos in hoc noſtro caſu iuuat. Nam & ibi filius primogeniti, viuēte adhuc patre, pro primogenito, vt videmus

mus, imaginatiõe habetur ex eo, quòd pro primogenito, patri ſuccedit excluſis patruis. Cur ergo noſter hic Hercules Princeps exiſtẽs ad id vt filiũ primogenitura donet, nõ pro Duce habeatur, per ea quæ ſuprà deducta ſunt? Quã ad rem probãdam & id facere poteſt, quod Accurſius tradit, filios, qui ante & poſt dignitatẽ partis naſcãtur, æquale priuilegiũ ſortiri. in ſumar. l. 2. C. de aduo. diuer. iudi. de quo vide latius Guido. Papã deciſ. 389. Ex quibus luce meridiana clarius eſt, Alphõſum mortuo Hercule patre Aloyſio præferri debere, p ſupradicta. ad quæ fa. opt. tex. in l. moris. §. fi. de pœnis. Nõ obſtãt quæ pro Aloyſij ſentẽtia ſuprà adducta ſunt, et primum quidẽ glos. in l. Imperialis. quia ea nequaquam rectè id ex eo tex. colligit; quod de Regis filio dicit, cũ ad honorẽ ipſius ſpectet, vt potius Regis filius

dicatur, ar. d. l. moris. de pœnis. in Sacerdotis vero filio aliter habere poſſet, & illa glos. verificari, cùm ſit opprobrium Sacerdotis filiũ vocari. Et quia ſimpliciter dicit illa glos. Regis filium non vocari, qui ante natus eſt, quàm pater erat Rex, & nihil allegat, non credendum ei erit, nec ſtandum, cùm ex capite loquatur, vt di. Bal. in l. Reſpub. C. ex quibus caus. maio. Neque vero me vltra tam claras rationes atque textus ſola Baldi mouet authoritas in d. l. Imperialis. quam ſecutũ eſſe Fr. Cremẽ. ſuprà diximus. tametſi enim Bald. nihil ignoraſſe à quibuſdam dicatur, vt refert Lud. Rom. ſing. ſuo 375. teſtatur Zaſius in l. cùm fundum. in j. col. ſi cert. peta. tamen & eũ ipſum quãdoque hallucinatũ eſſe nõ deſunt, qui dicere audeant, & idem ipſe Cremen. eius dictum quoddam tanquam

falſiſſi-

falſiſſimũ audet arguere. ſing. ſuo. 85. eò quod & ipſe ibi nihil allegans ex capite loquatur ſuo. Quod autẽ ex Bart. & l. ſi quis Decurio affertur, id ideo eſt in illis caſibus, quia eſt in eorũ odium: hic verò noſtro in facto eſt in eius fauorem, vt filius Ducis habeatur, ergo extendendum iurib. notis & vulga. Ad l. ex libera. reſpondeo facile cum glos. in c. vnico. de præbẽ. in extrauag. quia cùm non ſit inter liberum & ſeruum matrimonium, natus ex ijs eſt ſpurius, ad quod abolendum non ſufficit patris dignitas poſtea obueniens. l. cùm legitimè. de ſta. hominum. Nec obſtat l. fi. C. de Decur. quia ibi fauore Reipub. ita eſt, vt anterioribus liberis nõ proſit patris poſtea ſuperueniẽs dignitas ad hoc vt Curialibus oneribus exoluantur. Longè vero ſecus eſt in noſtro caſu, vbi potius Reipub. intereſt,

vt ſenior præſit, quàm iunior. Eſt enim in ſenioribus perfectior iudicij maturitas. c. niſi. vers. alia verò. de renun. Addo poſtremò corollarij loco, quòd ſi quis ex concubina habeat filium, & poſtea vxorem, ex qua rurſus habeat liberos, eáque moriente ducat concubinam, filius prius ex ea natus habebit ius primogenituræ. Dd. in l. quotiens. C. de rei vendi. Quibus omnibus ita agitatis planè pro Alphonſo reſpondendum ducerem clariſſ. Lobeti. ad te autem ideo hæc ſcripſi, vt ſi quid haberes in hoc caſu huic meæ ſententiæ contrarium, mihi id amicè communicares. Vale. Aureliæ. Cal. April. Anno M. D. L X I.

EPI-

EPISTOLA III. AD ANDREAM HARTmannum Iureconſultum.

In materia teſtamentaria.

FEcit teſtamentum Lucius Titius, in quo Sempronium & Mæuiam legitimos ſuos & naturales inſtituit liberos, quorum mater ante factum teſtamentum mortua fuerat, viuebat autem auia eorum, Lucij Titij ſocrus. His ſubſtituit duabus in partibus fratres ſuos proprios, & eorũ liberos, in reliqua parte loca ſacra, hoc verborũ tenore: Si Sẽpronius & Mæuia liberi mei impuberes moriẽtur, meos fratres & eorũ liberos ſubſtituo: ſi autẽ annos pubertatis excedãt, & tamen ſine liberis atq; teſtamẽto decedãt, eædem pſonæ et loca ſacra ſubſtitut aſunto, vt ſuprà,

ſuprà ea ratione, vt dotem proximis vxoris meæ agnatis reſtituant, viuunt Sempronius & Mæuia ad annos XVI. atq; moriũtur, quæritur quis in iure ſuccedat, ſubſtituti ne, an auia eorum materna adhuc ſuperſtes? In hac facti ſpecie nonnulla præmittam antè pro materiæ declaratione Hartmanne, quàm quid de iure reſpondendum ſit, ſignificem. Quòd itaque primum dicis, fecit teſtamentum, intelligendum eſt ſibi, & rectè, vt etiam ex verbis patet. Nam niſi pater ſibi teſtamentum prius fecerit, ſubſtituere pupillariter non poteſt filio. l.2.§. prius autem. & ibi Bart. de vulg. & pup. ac legitimos & naturales bene, quia naturalibus tantum ſubſtituere non poteſt pater. l. Lucius Titius. de vulg. & pup. quia eos in poteſtate nõ habet. §. j. Inſt. de pat. poteſt. ac bene ſuos, quia ſubſti-

tue-

tuere, niſi quos in poteſtate habemus, non poſſumus. d. l. 2. in pr. de vulg. quod dicit, inſtituit, ex eo eſt, quia ſubſtitue re non potuiſſet, niſi inſtituiſſet. l. j. ff. eo. Ibi ſi impuberes morientur, intelligo, vtrique. Si enim vnus tantum moreretur, ſubſtitutio locum nõ haberet, ſed alter alteri ſuccederet. l. 4. & l. cũ quidam. C. de imp. & al. ſubſt. Abb. cõ. 58. lib. 2. nu. 2. facit. opt. tex. in l. ſi is qui ducenta. in fi. de reb. dub. Ibi atque moriuntur, intelligo, impleta vtraque cõditione, id eſt, ſine liberis & teſtamẽto, nam poſito ſed non conceſſo, quod ſubſtitutio valeret poſterior, & vna ſaltem extitiſſet conditio, ceſſaret ſub ſtitutio, vt probatur in l. generaliter. in pr. C. de inſtit. & ſubſt. latè Alex. con. 88. lib. 7. col. j. His ergo ad euidentiam præmiſſis, rẽ ipſam aggrediamur. Ac prima quidem fronte ſubſtitutionem

iſtam

iſtam pupillarem tempore ætatis pupillaris liberorum iſtorum valere, vt pupillarem, nemo poteſt, vt puto, ambigere, poſt autẽ eos annos valere, vt fideicommiſſariam dici poſſe videtur per ea quæ latè deducit Bart. in l. Centurio. in 8. col. de vulg. præcipue cùm ſubſtituti ſint tã propinquæ perſonæ, vt fratres & eorum filij, qui etiam matrem nedum auiam excludere poſſunt, vt idẽ Bart. decidit in d. l. Centurio. col. 9. per no. in l. precibus. C. eo. de imp. & al. ſubſt. Quò ſpectare & id videtur, quod aliàs pauperes Chriſti & matri & auiæ præferuntur, vt tradit Alex. con. 92. lib. 3. Quibus tamen non obſtantibus contrariam ſententiã vt veriorem defendemus, quã vbi confirmauerimus, etiã illa, quæ obſtare vidẽtur, cõfutabimus, vt do. Ioh. And. in glos. c. 3. de re. iudi. in 6. Quod itaq; ſubſtitutioni lo-

ni locus non ſit, apertiſsimi eſt iuris, cũ poſt annos pubertatis pupillariter ſubſtituinõ poſsit. l. 2. in pr. de vulg. §. maſculo. inſt. eo tit. præcipue cũ verbis alijs vſus nõ ſit teſtator, quæ fideicõmiſſum redolere poſsint. ar l. verbis ff. eo Cũ ergo alijs verbis nõ ſit vſus, quã ſuprà in pupillari, quæ finitur anno 14. merito poſtea nõ debent ad fideicommiſſariam extendi, vt do. Bart. in d. l. verbis. prope fi. per. l. vſumfructum cùm moriar. de vſufru. lega. Merito itaque in hoc noſtro caſu verba iſthæc, ſubſtitutæ ſint, vt ſuprà, non debent operari fideicommiſſum, quod eſt odium filiorum, vt di. Bart. in l. pupillari. in pr. ff. eo. cùm aliàs quoque ſemper potius præſumatur directa ſubſtitutio, quàm fideicommiſſaria, vt no. glos. in l. verbis ciuilibus. de vulg. probatur in l. fi. C. de hæred. inſt. & in c. ſi pater.

de

de teſta. in 6. ita vult Abb. con. 59. lib. j. præcipue cùm verbis communibus ſit vſus teſtator, nec adiecerit dictionem aliquam denotãtem tractum temporis, vt trad. Decius eleg. & latè con. 95. vbi plurima etiam addit de ordine charitatis, ex quo præſumit, qui in hac noſtra ſubſtitutione non videtur habere locum. Debet enim mater exhæredari per expreſſam ſubſtitutionem non tacitam, niſi tacita aliunde poſſit cõmodè probari, vt do. Bart. in d. l. Cẽturio. col. j. Quòd autem de matre hîc dicò, id etiam locum habet in auia, quæ matre mortua ſtatim eius perſonã induit, vt prolixè trad. Bart. in d. l. 2. col. 8. de vulg. matris autem tãtus eſt fauor, vt tametſi aliàs in expreſſa vulgari tacita pupillaris inſit, d. l. Centurio. tamen ſi in medio ſit, mater facit non ineſſe, ac ſi mater ante dece-

decedat, quàm pupillus, rurſus res ad naturam redeat, id eſt, rurſus in expreſſa vulgari tacita pupillaris ineſſe incipit, id quod mater viuens impediebat, ita trad. Bart. in d. l. Centurio. in j. col. Ergo & in hac noſtra ſubſtitutione præſente auia, quæ matris perſonā induta eſt, fideicommiſſum præſumi non poteſt. Nam cùm pupillaris ſubſtitutio ſit fauor impuberum, quia per eā teſtati decedunt, vt di. Alex. cō. 17. lib. 3. nu. 12. Bart. in l. j. §. fi. de vulg. ipſis enim per leges teſtamenti factio non eſt permiſſa. l. j. in pr. de tutel. & rat. diſtrahen. et eſt pupill. ſubſtitut. teſtamentum impuberum. l. 2. §. ſi quis. l. ſi quis. §. fi. de vulg. in odium ſanè eorum verteretur, ſi poſt annos pubertatis iſta ſubſtitutio vt fidecommiſſaria valeret (neque enim alijs vſus eſt verbis quā in pupillari) quia forte iſti liberi

exhæredatam auiam nolint, vt præſumendum eſt, cùm matris ſit loco, contra quam in dubio dubia ſubſtitutio non ſolet interpretari, vt latè trad. Alex.con.51.lib.7.fere per totam. Quare cùm etiam alijs multis rationibus queat probari, & apertum ſit ius puberibus ita ſubſtitui non poſſe, niſi forte principali beneficio, vt forte in muto concedatur. l. ex facto. de vulg. item & militibus id tantum conceſſum reperiatur. d. l. Centurio. cum ſimilibus. ſi militibus tantum, ergo in contrarium eſt ius commune, vt latè proſequitur Decius con. 64. in fi. Et in ſimili ſi pater minus tempus pubertate ſtatuat, vt forte decem annos, & poſt hos moriatur pupillus in ætate pupillari, tamẽ ſubſtitũtus nihil habeat. l. ſi quis ita ſubſtituerit. ff. eo tit. Cùm inquam ita hoc ſtricte ſtatuatur, cur iſta ſubſtitu-

tio

tio noſtra poſt annos pupillares facta valeat & habeat vim fideicõmiſſariæ, non video. Quin argumento iuſto fortiori, olim quidẽ mater per expreſſam pupillarem excludi poterat. l. Papinianus §. ſed nec impuberis. de inof. teſta. l. precibus. C. de impub. & al. ſubſt. eſt expreſſ. tex. in l. Lucius. ff. eo. Hodie verò mater non excluditur. ar. l. humanitatis. C. de imp. & al. ſubſt. vbi exemplaris matrem non excludit, ergo nec etiam pupillaris, cùm illa ad huius exemplum facta ſit. Item & olim pater matrem præcedebat in hæreditate. l. 2. §. obijcitur. ad Tertull. ſed hodie ſecus, nam ſimul ſuccedunt ex Autent. defuncto. C. ad Tertull. ita refert Bart. in l. 2. in 6. col. de vulg. Cùm ergo non poſſit excludi per pupillarem, multo minus per compendioſam aut fideicõmiſſariã, & per cõſequẽs ſubſtitutio

iſta poſt pubertatem facta non vale-bit. Succedet itaque, vt puto, auia, quæ matris perſonam induta eſt, irrita facta & annihilata ſubſtitutione. Nec obſtat quòd poſt pubertatem facta ſubſtitutio vt fideicommiſſaria valere poßit, quia id procederet, ſi alijs verbis id expreßiſſet teſtator, (nam verbum Subſtituo directam potius ſignificat, vt idem do. Bart. in d. l. Centurio. pen. col.) & auia vt mater in medio non eſſet, quibus quòd pauperes Chriſti præferantur, tum habet locum, ſi forte conſtaret de odio teſtatoris in eam, vt ſi forte ſuſpecta ei eſſet de fide aut pudicitia, vel ſimile quid expreſiſſet teſtator, vt pulchrè trad. Bart. & latè in d. l. 2. in 9. col. Obſtare forte quoque quis dicat glos. in fi. §. Inſt. eo. quæ dicit, verbum Sub-

ſtitu-

ſtituo, cùm ſit generale, & ad directam & fideicommiſſariam referri poſſe, ſed potius ad fideicommiſſariam referri ſolere. ſed reuera hîc locum non habet propter auiæ, quæ matrem repræſentat, authoritatem, vt ſuprà probaui. His itaque ſic deductis Hartmanne, finem facio, ne epiſtolam hanc meam longiorem dicas. §. Callimachus. vt de Dyno refert Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. oblig. iudicium & ſententiam expectans tuam. Vale. Andeg. XVIII. April. Anno M. D. LXI.

EPISTOLA IIII. AD IOHANNEM HERZOGUM Iureconſultum.

In puncto decreti facti.

PEtebat quidam Titius ex ſecundo

decreto mitti in poſſeſſionem fundi Semproniani, eò quòd Sempronius ei ducenta deberet, factóque decreto cognitum eſt, Sempronium non niſi centum debere, quæſitum eſt à me Herzoge, quid iſtud decretum Iudicis in hoc caſu operetur, an totum validum ſit, vel in centum tantum, vel totum irritum? Quam quæſtionem cũ ego perpenderem, inueniebam plurima in omnes partes dici ac diſputari poſſe. Primùm enim vel totum validum eſſe dici poſſet ex l. cũ putarem. fam. herciſ. vbi caſus fere eſt ſimilis. nam cùm ego putarem te meum eſſe cohæredem, tuque non eras, egerimque iam tecum iudicio fam. herciſcun. & per ſententiam Iudicis condemnatus ſoluerim, repetere certè amplius id quidem non poſſum. Quod ſi ita eſt in ſententia Iudicis, certè non eſt abſurdum, idem

dicere

dicere in decreto, quod eodem modo à iudicis auctoritate procedit. tract. hoc Decius. con. 408. Et aliàs ſæpe paribus paſſibus ambulant decretum & ſententia. Quemadmodum enim per decretum Iudicis quis miſſus in poſſeſſionem iuſtam cauſam poſſidendi habet l. iuſtè. de acqui. poſſ. ita etiam per ſententiam, vt no. in d. l. iuſtè. Pro ſecunda etiam huius facti parte adduci poterãt nõnulla, quòd iſta per decretum in poſſeſſ. miſſio. vel in id tantum valere debeat, pro quanto debitor erat Sempronius. ar. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. vers. idem Marcellus ait. de condict. indebi. vbi dicitur, ſi quis pecuniam debeat & ſoluat oleum in maiore quantitate olei, quàm erat debitum pecuniæ, ſuperfluum olei eum, non totum repetere poſſe. Itidem igitur dicendum eſſe videtur in hoc

noſtro caſu, vt interpoſitum decretum poſſit ac debeat valere, vel in eo quod reuera debebat Sempronius. His tamē non obſtantibus poſteriorem facti noſtri particulam, quòd ſcilicet totum decretum ſit nullum, veriorem eſſe probabimus per regulam generalem quæ dicit: Quotieſcunque interpoſitio decreti facta eſt, & inuenitur defectus ex parte petentis, decretum irritatur. ita do. pulch. Zas. in l. iuſtè. de acqui. poſſ. Vſqueadeo autem id verum eſt, vt tametſi in parte quid iuris habeat, vt in caſu noſtro, tamen decretum ſit nullum, per eleg. tex. in d. l. ſi nō ſortem. §. ſi centum. in pr. §. de condi. indeb. & ibi Bart. id expreſſe docet. facit ad noſtrum propoſitum l. ſi quis aliam. de ſolut. vbi ſi quis ſoluerit aliam rem pro alia, & ea fuerit vel pro parte euicta, non pro parte remanet obligatio, ſed

tota

tota & integra. adduco ad hoc probandum pulch. doct. Ioh. And. in c. vtile. de reg. iuris. in Nouel. Certum eſt, quòd decretum vel reſcriptum impetratum ab excommunicato ipſo iure eſt nullũ. c. j. de reſcri. in 6. ſed factum eſt vt duo impetrarent reſcriptum, quorum vnus excommunicatus eſt, alter non, cunq́ue eſſet quæſitum, an aut quomodo illud valeret, pulchre reſpõdit Ioh. And. ſi res, ſuper qua reſcriptũ impetratũ eſt, diuidi poſſet, valere id ipſum in parte nõ excõmunicati. alleg. l. ſi Titio. de leg. 2. ſi vero diuidi non poſſet, reſcriptum in totũ eſſe nullum, vſq; adeo impetrantis vnius vitioſi defectus operatur, vt etiam non vitioſum afficiat. alleg. ad hoc poſtremum l. j. §. Trebatius. & §. item quæritur. de aqua quotid. c. ad probandum. de re iudi. Nec obſtat id quod fortiter nobis eſt oppoſitum

ex l.cũ putarem .fam . herciſcun. quia ibi non tantũ interceſsit ſententia,ſed etiã ipſum factũ hæredis , ibi, cũ dicit, ex condẽnationibus ſoluerim. Eſt enim regula hæc in iure toto vulgatiſs. Si indebitum etiã ſolutũ ſit ex ſententia Iudicis,propter auctoritatẽ rei iudicatæ repeti non potèſt.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus. Manda. & id vult & ſignificat nobis tex.in d.l.cũ putarem,ibi,vbi dixi,condẽnationibus ſoluerim,vnde nobis minimè obſtare poteſt.Simile eſt in marito,qui tametſi ex dote poſsit,ne egeat , aliquid detrahere,ſi tamẽ reddiderit iam,amplius ſuũ priuilegium prætendere nõ poteſt. Zaſius latè in l.maritũ.in 3.col.ſol.matri.Nec verò etiã generaliter verũ eſt ſemper iuſtè poſsidere,qui ex decreto poſsidet,vt ex d.l.iuſtè.nobis oppoſitũ eſt. Nam id fallit in multis caſibus.Ecce enim ſeruus perſua

ſit

ſit Iudici ſibi ex teſtamẽto libertatẽ deberi, ideoq; Iudex ei decernit, poſtea vero exploratũ ſit ſeruum fefelliſſe, certè decretũ Iudicis hoc caſu nihil operatur, nec cõſequitur ſeruus libertatẽ. l. cũ vero. §. ſubuentum. vers. proinde. de fideicom. libert. Eſt alius caſus, vbi tutor falſo perſuaſerat Iudici expedire pupillo, vt agri vendantur propter ſterilitatem, vel aliud quiddam, Iudex interponit decretum, quod certè poſtea à pupillo retractari poteſt. l. magis puto. ante fi. de reb. eo. qui ſub tute. &c. Sic quidam, cui ab inteſtato non competebat bonorum poſſeſſio defuncti, inofficioſi querela egit, et obtinuit fortuito per decretũ, poſtea certe cognità re, decretũ ei nõ proficere, ſed dari hæreditatẽ ab inteſtato venientibus, ait Vlpianus in l. poſthumus. §. ſi quis. de inoff. teſta. Itẽ cũ Carbo. edictũ tantũ impuberibus ſuccurrat,

currat, quidam cùm eſſet pubes pro impubere irrepſit apud Iudicem & decretum impetrauit, vt poſſeßio traderetur, ſed nihil eum egiſſe, trad. in l.3.§. puberi. de Carbo. edi. Poſtremo eſt tex. fortiß. de hoc in l.j. vers. proinde ne vis fiat ei, qui in poſſeß. quòd ſi creditor in poß. ſit miſſus, & cauſa cognoſcatur falſa, nihil certè decretum iuuabit. In his itaque caſibus omnibus videmus locum non habere ſemper decretum, eã ob cauſam, quia defectus eſt in eo, qui petit decretũ. vt eleg. diſtinguit Bart. l. iuſtè. de accqui. poſſeß. Videtur eſſe caſus apud Bart. in con. 80. lib. j. Id quod & in caſu noſtro habere locum debet, vbi Titius iniuſtè petebat mitti in poſſeß. ob ducenta, cùm tantum deberentur centum, & ſic in eius perſona defectus eſt, vel dolus. Nec verò per omnia verum eſt, quòd decretum

&

& ſententia ſint fere paria, vt obiectũ eſt, quia ſententia eſt ſolennis pronunciatio, poſt litem conteſtatam continẽs vel cõdemnationem vel abſolutionem. l.j. de re iudi. decretum vero eſt omne id, quod iudex iuſſerit, deliberauerit &c. to. tit. de decre. ab ordi. fa. quin & decretum reuocari poteſt, vt do. Abb. in c.j. de re iudi. ſententia nõ poteſt. l. iudex. de re iudi. fa. quod di. Iaſon. in d. l. iuſtè, quòd ſentẽtia maiore cũ ſolẽnitate feratur, quã decretũ. Ex quo manifeſtum eſt non eſſe hic in decreto, quod eſt in d. l. cùm putarem. in ſententia, cuius auctoritate factum eſt, vna cum facto ſolutionis, vt repeti indebitum non poſſit, vt ſuprà docuimus. Non obſtat porro quòd vel in partem valere debeat, hoc eſt prc tanto, quantum eſt debitum, per dictum. vers. idem Marcellus ait. quia ibi eſt ſolutum in

rebus

rebus, quæ functionem accipiunt in ſuo genere, vbi facilior eſt ſeparatio, aliud eſt in fundo per tex. expreſſ. in d. §. ſi centum, vbi Bart. hoc eleg. trad. ſa. d. l. ſi quis aliam. de ſolut. Huc ſpectat elegans quæſtio gloſ. j. in verbo, confundetur. l. communi. Commu. diuid. Quòd ſi colonus, qui fundum meum in emphyteuſim acceperat, relictis duobus hæredibus moriatur, quorũ alter penſionem ſoluat, vel ſoluere paratus ſit, alter non ſoluat, non pro parte ſoluẽtis manet emphyteuſis, ſed tertio anno vterque ab ea cadit, vt latius d. gloſ. ibi explicat. Et ſic euictum eſſe puto omnino iſtud decretum non valere, & in totum irritari propter defectũ petẽtis. Quòd ſi forte in petente defectus non fuiſſet, etſi tertio alicui facta fuiſſet iniuria decretum tamen non irritaretur. Id vero quomodo procedat, prolixius

xius eſt, quã vt hîc recenſere velim, cũ huc non ſpectet. trad. id pulch. Bart. & Zaſius in d.l.iuſtè. de acqui.poſſ. Qua de re tu mihi pro tuo iudicio ſententiam tuam vberius explicabis. Vale. Andeg. VI. Iulij. Anno M.D. LXI.

EPISTOLA V. AD IOH. SCHLICKIVM AVGVSTAnum Iureconſultum.

In puncto rerum furtiuarum.

MErcator quidam Aurelianenſis vir natus annos 76. ſacculos, quibus pecuniæ incluſæ erant, quique forte mercatori Thuronenſi ſibi familiariter cognito ex ſalla dependentes deciderant, ſuſtulit, ex qua pecunia aſportata in domum ſuam factus eſt diues, comparavat agros, ædifi-

ædificauerat ædes magnificas, negociationes exercuit, demum cùm male quæſitæ pecuniæ eũ pœnitere cœpiſſet, teſtamento cauit, vt hæredes præfati defuncti inſtituti eidẽ mercatori Thuronenſi, vel eius hæredibus ſortem reſtituerent. In quæſtione eſt, num hæredes ex facto defuncti cõueniri poſsint, & in quantum, deinde num, cũ ad ſortis reſtitutionem teneantur, ad vſuras quoque obligentur: poſtremo ſi ad vſuras condemnandi ſunt, ad quas & quãtas? Hæc ſunt verba Schlickhij, quibus breuiter temporis cauſa ita reſpondi. Ex parte hæredum primùm adferri poſſe, quod expreſſe dicit Imp. morte defuncti pœnam cũ crimine extingui in l. 2. C. ſi reus vel ac. item & verba Cano. quæ dicunt eum, qui diuino examini relictus eſt, non poſſe humano iudicio accuſari. c. quorundam. 23. diſtin.

23.diſtin. contrarium tamen deciderẽ ego per tex.ineuitabilem. in l.in hære=dem. in pr.de calum. vbi dicitur tur=pia lucra hæredibus extorqueri, licet crimina extinguantur.fa. l. Caius Se=ius.ad Syllan.fa.l.ait Prætor.in fi.quæ in fraud. credito. non tantum autem reſtituendam ſortem & debitas ac iuſtas vſuras exiſtimo, ſed totum id quod furtiuis numis probabiliter ac=quiſiuit. per d. l. in hæredem.ibi, cùm dicit Lucra.neque id etiam caret ciui=liratione, cùm dictus mercator Thu=ronenſis præſumi poſſit, aut tantum lucraturus fuiſſe, aut etiam plusquàm ille, qui ſuſtulerat.l. veteris. C. de con=trah.ſtip. præcipuè, cùm & ipſe Thu=ronenſis fuerit mercator, qui non fa=çile præſumitur pecuniam ſuam ocio=ſam habere.ar.vulg. l. cùm de indebi=to.de probat. Sunt enim id genus ho=

mines ad lucrũ nimis quã intenti.l. iuſtiſſimè.de Aedil.edi. Quin & è re defuncti fuerit, totũ id reſtitui, cũ peccatũ nõ dimittatur, niſi reſtituatur ablatũ. reg. peccatũ. de reg. iuris in 6. reſtituendi autẽ verbũ habet plenũ ſignificatũ, & comprehendit fructus & omnia, quæ iure veniũt, vt pulch. do. Iaſon in §. omnium. in fi. de actio. Minimè vero iniquum videri poteſt, vt quicquid ex furtiuis nummis ad hæredes peruenit, id totum reſtituant, cùm aliàs ex leuioribus delictis hæredes teneantur, tametſi ad eos nihil peruenerit, vt no. glos. in c. epiſcopus qui filios. 12. q. 2. Eſt glos. in l. fi. §. pen. quæ in fraud. credi. l. videamus generatim §. in Fauiana. de vſuris. l. fi. de verb. ſignificat. multo ergo magis, ſi quid peruenerit, tametſi alicunde accedat, dummodo ratione ac reſpectu eius, qui pecuniam perdi-

perdidit, acceſſiſſe intelligi poſſit, velut hic dum pro illis nummis poſſeſſiones emit, negociatus eſt. &c. l. 2. de calum. in pr. nec obſtat d. l. 2. C. ſi reus vel ac. & d. c. quorundam. quia ibi de pœna agitur, qua hæres teneri non debet. l. ſicut. de reg. iuris. In caſu autem noſtro non de pœna quæritur, ſed de lucro hæredis, quod ex iniquitate defuncti facere non debet. d. l. ſicut. eſt tex. opt. in l. quod diximus. §. fi. quod metus cauſa. cum ſimilibus. Plura eſſent in hac quæſtione examinanda, quæ nunc temporis cauſa non licet diſputare. Vale. Andegaui. XIII Decemb. Anno M. D. LXI.

EPISTOLA VI. AD IOH. VVEILHAMErum Iureconſultum.

In materia clauſulæ derogatoriæ.

PRoductum eſt inſtrumentum nuper in contractu emptionis factũ à Notario, quod, quia ipſum contractũ optimè probabat, à parte aduerſa tanquam nullum reijciebatur. Opponebat enim edictum à Rege editum, quod volebat nullum inſtrumentum in huiuſmodi contractibus valere & probare, niſi quod eſſet factum à Notario, qui eſſet Regi vel Parlamento inſinuatus. Probabat atem ipſum Notarium minimè inſinuatum. Contra quod ſe defendebat Notarius, & ſuas literas conceſſionis adferebat, in quibus comprehendebatur, quod poſſet

omnia

omnia inſtrumenta facere ſuper quibuſcunque contractibus non obſtante vllo ſtatuto, vel conſuetudine in contrarium. Quærebatur itaque à me nuper, Vueilhamere, an inſtrumentum probare debeat, ad quod ego tũ reſpõdi; debere omnino probare & valere propter clauſulam illam derogatoriam non obſtante &c. Nam ſemper vbicunque præcedit eiuſmodi clauſula derogatoria, tollit ſequentem diſpoſitionem, quæ fiat in contrarium. Ecce enim teſtator dicit, ſi quid legauero Titio nullum ſit, non certè valebit, ſi quid in poſterũ leget Titio. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg. j. Id autẽ maximè locum habere debet in voluntate Principis, & huiuſmodi conceſſionibus, quæ etiam fieri poteſt contra conſuetudines & iura municipalia, de quo tex. eſt in l. 3. §. Diuus tamen. de ſepul.

viola.quare cùm beneficium dicit ſimpliciter, non obſtante cõſuetudine vel ſtatuto, intelligi debet non tantum de præſentibus ſed futuris ſtatutis etiam.l.ſi ſeruitus.de ſerui. vrba. eſt in ar. l. j. §.generaliter.de leg. præſtan. Sed & hoc modo principis beneficio & auctoritate deciperetur Notarius, ſi inſtrumentum eius non valeret, id quod nefas eſſet. l.j.C. qui veni.æt. impet.l.j.§.ſed & qui.C.de Lat.lib.toll. l.fi.C. de omni ag.deſ.lib.xj.l. is qui reus.D.de publ.iudi.Ex vi ergo clauſulæ derogatoriæ decidimus iſtud inſtrmẽtum valere.Cuius clauſulæ ſimilem habet vim iuramẽtum, ſi interceſſerit, de quo vide in l. cum filio.§.in legatis. de leg.j.glos. in c. cùm non deceat de elect.in 6.vbi de hoc plura. Et ita iudicandum in hoc caſu ego quidem cenſeo,cupio tamen ea de re ſententiam

quo-

quoq; tuam audire, quam vt mihi communices, te valdè oro. Vale. Andeg. XXIX Iulij. Anno M. D. LXI.

EPISTOLA VII. AD IOH. SCHLICKHIVM Auguſtanum Iureconſultum.

In materia rei furtiuæ.

Titius quidam emerat à Mæuio lancem, quam ipſe ex hæreditate quadam, quæ iacebat, ſuſtulerat, emerat autem bona fide, ac annos plus minus quinque tenuerat, tandem cũ adiuiſſet hæreditatem hæres, agnoſcit lãcem, ac eam vendicare cupit. Titius ſe præſcriptiõe tueri conatur, quæ eſt tres anni inter præſentes in mobilibus. Hæres allegabat rẽ eſſe furtiuã, ac propterea eã vſucapi nõ poſſe. per §. furtiuæ.

de vſucap.l.quamuis res. de furtis. Rẽ enim furtiuam eſſe, eſt vitium reale, ita vt rem ſemper ſequatur, nec poßit purgari, donec res ad manus domini veniat, vt trad. Dd.in l.Pōponius. §.cũ quis.de acqui.poß.ac ita veniat, vt ſciat dominus ad ſe veniſſe.l.ſi ad dominum.de furtis. Econtrà nitebatur Titius, dicens, rem iſtam furtiuam non eſſe, vt quia hæreditati furtum fieri non poßit, per fortiß.tex.in l.j.§. Scæuola.Si is qui teſta.lib.iuſ.fuer.l. hæreditariæ.cum duabus.ll.ſequen.de furtis.l.eum qui emit.§.an pater.de furtis. qua de re cùm interrogatus eſſem, reſpondi dominum lancis eam rectißimè vendicare poſſe per ipſummet tex.d.§. Scæuola, qui dicit, vltra eam actionẽ, quæ ibi locum habet, eſſe & rei vendicationem, quæ ad ſimilitudinem furti cōpetat. nec obſtat quod Titius obijcit

hære-

hæreditati furtum non fieri, quia idipſum ſubtilitate quadã ſtricti iuris ita dicitur. Contra autem ipſum Titium nos alium multo fortiorem tex. habemus.in l.j. de effract. vbi expilatores vocat Vlpianus atrociores fures. item & in l.ſi te.cum glos. ibi.C.ex quibus cau.infa.irroga.tex.in l.2.§. dolo autẽ. vers. cæterum. de vi.bono.rapto. Tametſi enim cõſiderata hæreditate proprie furtum non dicatur, tamen cùm res ipſa furto contrectata ſit, fieri non poteſt, quin qui ſubtraxit, fur ſit, & res ſubtracta furtiua, vel propter dolum furantis, & ipſum factum, de quo eſt tex. eleg. in l. ſi quis ſeruo. ibi, ipſe autem furti actione propter. &c.C.de furtis. Et facile retrotrahi id poteſt, vt quamuis hæreditati iacenti ſubtraxerit, tamen poſtea cùm adita eſt, fingatur ipſi hæredi ſubtractum fuiſſe.

Vnde planè puto Titium nulla præſcriptione iuuari poſſe, per d. §. furtiuæ. Te vero rogo, mi Schlickhj, vt ſi quid ea de re haberes in contrarium, me celare non velis. Vale. Andegaui. Cal. Iulij. Anno M. D. L X I.

EPISTOLA VIII. AD CAESAREM PRAITENtenbach nobilem ac præſtantem virum.

In materia locationis.

NArraſti mihi, Cæſar, cùm nuper peregre eſſe profecturus, te ad ædes cuiuſdam ciuis Andegauienſis acceſſiſſe, vt equum eius conduceres, quem mox ab vxore impetraueris. Paulo verò poſt alium tibi notum incidiſſe in maritum, qui ab eo petierit itidem equum, quem maritus ei loca-

*locauit. Deinde cùm forte conue-
niſſetis, nam eratis ambo ſimul exi-
turi, alter alterum interrogaret,
qualem eſſet habiturus equum, com-
pertum fuit vos ambos vnum equum
conduxiſſe. Ortam itaque inter vos
controuerſiam, vter ſit equum ex
conducto habiturus, tu qui ab vxo-
re habebas, prætendebas iuſtiorem
cauſam, eo quòd potior iure eſſes,
quia prior fuiſſes tempore, allega-
bas c.Cùm autem. de iure patro. &
c.j.de maio. & obed. alter iuſtiorem
titulum allegabat, vt qui à marito
conduxiſſet, ſine cuius authoritate
non potuiſſet equum locare vxor. Qua
quæſtione ad me delata, reſpōdeò neu-
trum ius ſatis idoneum allegare, vt-
pote expectandum vobis eſſe donec
equus tradatur, vt tunc demum is ha-
beret ex conducto equum, cui primùm
tra-*

traderetur.l.ſiue autem.§.j. de Publi-cia.l.quotiens.C.de rei vendi. Vbi quis rem vnam duobus vendidit, is autem, cui tradita fuerat, præfertur, non inſpecto tempore eius, qui prius emerit. Dum enim quis rem aliquam vendit, nihilominus dominus manet, donec tradiderit.l.qui tibi.C.de hære.vẽdi.Id quod cùm in emptione & venditione procedat, nemo eſt qui poſſit negare, quin habeat locum etiam in locatione & conductione, cùm locatio & coudu-ctio omnino ſimilis ſit emptioni & vẽ-ditioni, & yſdem iuris regulis conti-tineatur, vt di.tex.in tit.de locat.& cond.in pr.item & ex eodem iure pro-ueniat.l.ex hoc iure.de iuſt.& iure.itẽ & quemadmodum emptio & vendi-tio poteſt fieri ſine ſcriptura. de empt. & vend.in pr.ita & locatio.l.contra-ctus.C.eo.de locat.item & in alio æqui-

paran-

parantur, vt ſicut in emptione & venditione vltra dimidium precij deceptis ſucurritur per vulg. l.2. C. de reſcin. empt. ita quoq; in locatione, vt no. gloſ. fi. in l. ſi olei. C. eo de loca. & in l. ſi ea pactione. C. de vſuris. Aliàs áutem non aliter quàm in emendo & vendendo, alter alterum circumſcribere poteſt in locatione. l. item ſi precio. in fi. Locati. Vnde dubium non eſt, quin omnino in hoc noſtro caſu traditio ab vtroque ſit expectanda. Nec tamen negare poſſum eum, cui traditus non fuerit, agere poſſe contra locatorem, in id quod eius intereſt. d. l. qui tibi. C. de hæred. vendi. Nec obſtat quod à te obiectum eſt ex d. c. cũ autem. & d. c. j. quia id maxime locum habet in rebus Eccleſiaſticis, vt pulch. no. Abb. in d. c. j. Nam in rebus ſpiritualibus ſtatim tranſfertur dominium, vt ſi vni beneficium loces,

non

nõ poteſt poſteriori eſſe amplius locus, quia ſtatim trãſlatũ eſt dominiũ, de quo eſt tex. not. in c. ſi tibi abſenti. de præbẽ. in 6. fa. quæ. no. in c. inter cætera. de præ bẽ. & tex. in c. fi. de ſpõs. duo. Sic ſimiliter ſi vel dones, vel vẽdas eccleſiæ, ſtatim in eam tranſlatũ eſt dominiũ. l. fi. C. de ſacroſ. eccles. Vnde nõ mirũ ſi dictum illud locũ habeat: Qui prior tẽpore, potior eſt iure. Id autẽ in his noſtris contractibus locum habere non poteſt, in quibus ad transferendum dominiũ opus eſt traditione ſemper. vulg. l. traditionibus. C. de pactis. Ex quo planè ſequitur noſtra deciſio, vt cui in noſtro caſu tradatur, is ſit dominus, id eſt, præualeat in cõductione. Ac ita in tua controuerſia decidendum arbitror, ſaluo iudicio & informatione tua. Vale. Andegaui. XXVIII. Iunij. Anno M. D. LXI.

EPI-

EPISTOLA IX. AD RVGERIVM MARLOTtum Aulicum Pariſienſem.

QVòd mihi proximè cõqueſtus es, Rugeri, de ciuium veſtrorum inſolenti peruicacia, qui vobis, qui aulam regiã ex profeſſo ſequimini, in locandis domicilijs ſe plusquam exhibẽt difficiles, planè ita eſſe ſum expertus, ac ob id, quod me talem eſſe putarent, ſimilem moleſtiam pertuli. Ego vero non dubito, quin ſi res ea exigente neceſſitate veniret in controuerſiam, poſſint regio mãdato edito ciues illi cogi, vt ſuas domos vobis locarent, idq́ue ſuffragio meo, ſi adhiberer, confirmarem. Inuenio enim Do. Guiliel. dè Cuneo in caſu ſimili de ſcholaribus id decidiſſe. in l. decernimus. C. de ſacroſ. eccles.

eccles. Id autem ad te ſcribere nunc quidem volui, vt ſi ea de re decidendum forte quid foret, mea ſuggeſtione præclaram hanc deciſionem in promptu haberes. Vale. Lutetiæ. Calend. Sextilis. Anno M. D. L X.

EPISTOLA X. AD IOHAN. SEGGErum.

In materia mutui.

MVtuaras amico cuidã tuo, Seggere, vt refers, ducatos aureos quàm plures, qui eo tempore ſolidos valebant L V I. Sed interim dum ipſe non reddit, edictum à Rege factum eſt, quo valor eorum imminuitur ad ſolidos L. At poſtea cùm pecuniam accepiſſet, voluit tibi tot ducatos in ſpecie, quot accepiſſet, reddere, tu verò cũ accipere, niſi & reſiduũ daret, nolles,

ea

ea me de re conſuluiſti. Cumq́ue id audirem, putàbam primùm, ipſum aduerſus te tantum fore, eò quod tibi redderet eiuſdem generis ducatos, & eadem bonitate, qua ipſi mutuaras. l. cũ quid. ſi cer. peta. Item & obijci tibi poſſet, ſi domi tuæ interim eos detinuiſſes, quòd hodie ne ſic quidem plus valerẽt, quã nunc, ſi ab eo acciperes, & idcirco illum hoc tuo mutuationis beneficio nõ debere decipi, ſed potius iuuari. l. in commodato. §. ſicut. Commodati. Item & id adducere poterat, ſi ducati fuiſſent omnino reprobati, eum eſſe non aliter liberatum, quàm debitor ſpeciei liberatur perempta ſpecie, cùm eadem ratio eſſe videatur. l. In ratione. §. In certæ. ad l. Falci. ergo etiam multo magis liberabitur in parte, cùm ſunt in parte diminuti. l. quæ de tota. de rei vendi. Bart. in l. quod te. ſi cer. peta.

Videbatur quoque pro ipſo contra te facere, quod Modeſtinus ait, ſi auri certum ſit legatum pondus, nec deſignata ſit ſpecies, non materiam ſed præſentis temporis ſpeciem deberi. l. cũ certum. de au. leg. Sed cùm ea de re poſtea cogitarem altius, inueni eum tibi ad reſtituendum reſiduum obligari. neq; enim eſt verum, quod facto illo edicto ducati ſint eiuſdem bonitatis, cũ numi magis conſiderẽtur reſpectu curſus, quàm materiæ, id quod trad. Abb. in c. quãto. de iureiu. vbi allegat tex. in c. eijciens. 88. diſtin. Ideóque in hoc ſunt reprobi, quòd nõ tantũ valent, quantũ valuere prius, & ob hoc ſe haud liberauit ea ſolutione amicus tuus. l. eleganter. §. j. de pig. actio. Et iſto in caſu ſic decidi in iudicio cameræ Imperialis teſtatur eleg. Mynſing. cent. 4. obſer. j. Generaliter enim non ſoluitur,

tur, quod deterius redditur. l. qui ſibi. de ſolut. Id quod locum etiam habet in commodato. l. 3. §. j. Commo. Sed & illi obijci poſſe video, qui ducatos reddere cupiat nunc fortè acceptos, pro L. ſolidis, tibi qui mutuatus es, valore LVI. ſolid. pro lucro eum certare, te autem tantum agere pro euitando damno, & ſic potius te audiendum, quàm ipſum l. qui autem. vers. nec videntur. quæ in fraud. cred. l. ſi is cui commodata. de furtis. l. verum. §. ſi: & ibi Bart. de mino. idem in Aut. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle. Abb. in c. in potentia. in XI. col. de probat. glos. d. l. eleganter §. j. Et habent hæc omnia ſummam in ſe rationem. nam aliàs tu mutuator ex tuo beneficio damnum acciperes, quod eſſet valdè iniquum. l. ſed ſi quis ex

N ij ſigna-

ſignatoribus. quem. teſta. ape. ſa. opt. tex. in l. j. in pr. ad Treb. & l. apud Iu-lianum §. vtrum. ibi, nec oporteat. eo. tit. l. ſi ſeruus. §. quod vero. C. de furtis. c. cùm deceat. de elect. in 6. l. precio. & l. cùm miles. ex quib. cau. maio. Quin imo ſi tota moneta edicto regio eſſet reprobata, nihilominus deberetur æſti matio, vt vult Anto. de But. in d. c. quanto. & Specul. in §. nũc aliqua. in fi. tit. de obli. & ſolut. lib. 4. Id quod in cõ-tractibus generaliter verum eſſe do-cet ibi Specul. Sed & Ioh. And. in ad-dit. ad d. locum Specul. verum eſſe pro-bat etiam ex teſtamentis, vt ſi legatũ eiuſmodi quid ſit; quod interea muta-tionẽ accipit, potius id præſtetur, quod erat tempore facti teſtamenti. alleg. l. vxorem §. teſtamẽto ita. j. de leg. 3. ſed is §. potius eſt contrarius, tract. pulch. Lud. Roma. ſing. ſuo 513. Sunt etiam

alij

alij loci ad hæc idonei & clari, videlicet l.nomen.§.j.de leg.3. & l.fi.in fi.de au.leg.vbi alleg. innumera. Imo ſic dicit Bart.quantumuis eiuſdem bonitatis intrinſecæ ſit aureus, tamen ſi eius æſtimatio varietur, debet ita æſtimari tempore, quo redditur, prout æſtimatus fuerat tempore, quo mutuatus eſt. in l. his rebus. §. mancipia. Sol. mat. Quantumuis enim princeps pecuniæ valorem mutauerit, nequaquam tamẽ cenſeri debet voluiſſe mutare etiam obligationes præſertim naturales, vt pulch.trad.Salicetus in ſua repetit.l.ſi ex legati cauſa.de verb.obligat.Sic ſi ſtatutum fiat aut conſtitutio, ſemper ſoluendum eſt ſecundum initium factæ conſtitutionis aut ſtatuti, vt trad. Abb.in con.56.lib.2.Olra. con.260. Item ſi quis deceptus ſit vltra dimidiũ iuſti precij ad hoc vt reſcin-

datur contractus per vulg.l.2.C.de reſ. vend. inſpicitur tempus initi contractus non poſterius. c.3. & quæ ibi no. glos.de emp. & vendit. Porro & ratione ſuadetur, quia cùm fuerit ille in mora, id eſt, antè non ſoluerit illos ducatos cùm tantum valuerunt, merito cogetur, vel propter moram ſoluere prioris temporis æſtimationem l. vinum.ſi cer.peta. Ed id quidem merito, quia interea dum non ſoluit debitum, ſi pluris forte valuiſſent, non teneretur ex ſua mora ad illud lucrum, ſed tantum ad damnum euitandum. l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.de actio. emp. Et ita di.Bart.ſubtiliter in l.Paulus.de ſolut.& tractat hanc quæſtionē pulch.Fran.Aretinus in con.XI. vnū tamen huc apponere libuit, quod quis in moneta vſuali & currēte tempore ſolutionis poßit ſoluere ad valorē mo=

netæ,

netæ, quæ valuit tẽpore mutuationis, ſi forte eã debitor habere non poßit, aut amplius non extet. Id quod multis probat Guid. Papa deciſ. ſua 493. eſt tex. in c. olim. cum ibi not. de cenſib. & glos. not. in d. l. eleganter. §. qui reprobos. de pigno. actio. Et ita ſentiendum ego quidem, Seggere, planè exiſtimo, ſaluo tamen iudicio tuo. Ad contraria ſatis reſpõſum eſſe arbitror per hic adducta à nobis. Ideoq́; eo labore ſuperſedeo. Vale. Andegaui. XI. Ianua. Anno M. D. L X I I.

EPISTOLA XI. AD IOH. BEROTTVM, Aurelianenſem Iureconſultum.

PErcontatus es ex me heri, an vicinus tuus Marcus Villanus in expenſis condemnari queat, cùm

aduerſarius eius Malenus non plenè ſuam intentionem in iudicio probauerit, ſed iuramenti religione ad probationis ſupplementum ſit adiutus. Quam tuam ad cõſultationem, Berotte, reſpondeo, expenſas litis illum nequaquam petere ab aduerſario poſſe, qui plenas non habuerit ſuas probationes, ſed iureiurando eas ſuo vt ſuppleret, per iudicem condemnatus eſt. Id quod authoritate confirmat ſua Bal. in Autent. generaliter. in V I. col. C. de Epiſ. & Cleri. item & Alex. in l. properandum. §. ſiue autem alterutra. C. de iudi. Hoc te celare nolui, Berotte, te orans, vt ſi forte in hanc partem à iudicibus veſtris iudicetur, tu quoque mihi ſignifices. valde enim hanc deciſionem Baldi, quem nihil ignoraſſe referunt Lud. Roma. ſingul. ſuo. 375. & Zaſius noſter in l. cùm fundus. col. j. Si cert.

peta.

peta. approbo. Vale. Aureliæ. VII. Cal. Octob. Anno M.D.LX.

EPISTOLA XII. AD RICHARDVM STREINNIum Baronem Schuarzenauium.

IN iucūdiſſima Pariſienſi profectione, Streinni generoſe, quam proximè ſimul ſuſceperamus, argumentum à te, vt ſuſpicor, confictum mihi propoſuiſti, de quo quid ego iure decidēdum eſſe exiſtimarem, certior à me fieri cupis Fuit autem propoſitio tua huiuſmodi: Extat in vrbe quadam ſtatutū, ne vno in hoſpitio duo ſimul Equites, quos Auratos appellāt, diuertere poſſint, ac ſi vnus iam diuortiſſet, ac ſuperueniret alius, poſterior hic ab hoſpitio recipi nequeat, niſi cum priore armis decertarit, & victum hoſpitio

excluſerit. Cuius certaminis hic etiam obſeruari ſoleat exitus, vt ſi, qui antea in hoſpitio fuerat, ſuperuenientem vincat, is in hoſpitio maneat, nec victus admittatur. Simile quoque ſtatutum de virginibus ea ipſa in vrbe eſſe tum quoque referebas, ita vt ſi vna in hoſpitio iam eſſet, aduenientem arceret, niſi ea ipſa pulchritudinis certamine eam, quæ ibi fuerat prius, vinceret, non aliter, ac paulo antè de equitibus narratum eſt. Huius rei fama cordata quædam, nobilis ac præſtantiſſimo animo prædita virgo, percita armis ſeſe accingit virilibus, iter ſuſcipit, ac laudem affectans vtranque, vrbem illam petit, hoſpitium ingreditur, in quo commodum eques alius iam diuerterat, cumque hoſpes abſque mora tenorem ſtatuti ei explicaſſet, petijt de obtinendo hoſpitij

iure

iure certamen inire. Quid fit? ad certamen vbi ventum eſt, virgo equitem vincit, eumque hoſpitio excludit, domicilium victrix occupat. Atqui paulò poſt dum ſe pro ſtrenuo equite gerit, aduenit virgo, & hoſpitium ingredi cupit, id quod dum explorat, virgineas ſuas veſtes ac ornamenta ſumit, cumq; adueniente virgine pulchritudinis certamine experiri poſtulat. Quæ res cùm omnibus eſſet admirationi, & ſatis increbuiſſet, ita vt quid actum eſſet virgo adueniens facilè perciperet, noluit hæc cum illa vt virgine certare, quæ paulo antè vt eques, vt mas virili certamine vicerat. Sed & victus ille, quod erat actum, irritum eſſe debere contendebat, eò quod fæmina, quæ ipſum viciſſet, fuiſſet. Hoc cùm à te, Streinni, mihi ita propoſitum ſit,

meumque

meumq́ue reſponſum flagites, tria perſpicio mihi conſideranda & explicanda eſſe: An poſterior virgo pulchritudinis certamen ob ante geſta detrectare potuerit, item an à fœmina victus eques, quòd victus fuit, irritum eſſe rectè poſtulet, vel an præſtantiſſima iſta Heroina vtrunque rectè vicerit? Ac ſane contra victricem virginem id eſſe forte poſſet, quòd fœminis virorũ cœtibus intereſſe non liceat, ideóque cùm nec poſtulare, nec procurare, nec tutelam gerere, nec argentariam facere queant, cùm virilia hæc ſunt officia. l. pen. de eden. l. j. §. ſexum. de poſtul. lib. 2. cũ glos. ibi. de reg. iuris. multo magis huiuſmodi certamen ne ſubeat mulier, legibus prohiberi poteſt, ac debet, cùm multo magis virile ſit, atque in fœminã minimè cadat. Cùm itaque legibus prohibitum eſſe huiuſmodi concer-

concertationem conſtet, merito & ſentẽtia ab ipſo ſtatuto tacite lata erit nulla, cùm fœminam eam fuiſſe poſtea proditum fuit. Sequentia enim lumen ſumunt & intellectum à præcedentibus. Bal. in l. in emptione. poſt pr. plus val. quod agi. Quàm autem ſit periculoſa ſexuum commiſtio, conſtat ex c. diffinimus. 18. q. 2. Ac ſane quòd virum vicerat, debuit poſtea irritum pronunciari, quàm fœminam eam eſſe conſtitit, cùm generaliter vir fœminæ præfeʒratur. l. j. de Senato. Quin & manifeſtum eſt, à legibus non calliditati fœminarum, ſed infirmitati ſuccurri. l. ſi ſine. in fi. C. ad Vellei. fuit caſus. c. ex parte. de priuil. l. 2. ad Vellei. At virilẽ induta habitum, equitem decepit, qui eam virum putabat. l. moueor. C. Si ſer. expor. Sed & id cõſiderari debet, quod ſtatuta ſtrictè intelligenda ſunt. l. j. §. is

qui

qui nauem. cum ibi not. de exercit. Quare cùm de equite aurato loquatur, fæmina eſſe omninò videtur excluſa. Vnius enim incluſio eſt alterius excluſio. l. cùm Prætor. de iudi. c. nonne. de præſcript. Ex hoc etiam quod ſtricti iuris ſunt ſtatuta, poſterior virgo inferre poteſt, ſatis illi eſſe debere, ſi ſemel viciſſet. Satis enim eſt, ſi alicui vel in minimis &c. l. tutores. §. j. in fi. de admi. tuto. l. tutori. C. de nego. geſtis. fa. c. ſi qui vel. j. q. 7. l. ex aſſe ad Trebell. Hæc & alia complurima contra victricem adduci poſſent, ſed ijs minimè obſtantibus, verius id eſſe arbitramur, quòd vtrumque rectè vicerit. Quod enim actus in virili veſte ab ea factus valeat, dum pro viro haberetur, probatur expreſſo tex. in l. Barbarius. de offi. Præto. vbi vtilitatis cauſa, quæ à ſeruo erant geſta, dum pro

pro libero communiter haberetur rata manent ſa. §. & cùm quis. & quæ ibi no. interpretes. de teſta. verè enim, dum certaret, pro viro habita vir fuit, cùm error communis ius faciat, vt di. Bart. in d. l. Barbarius. ſa. l. j. in pr. ad Maced. l. Zenodorus. C. ad Macedo. Sunt enim & alij caſus, in quibus plus in opinione eſt, quàm in veritate. l. is qui putat. de acqui. hæreditate. Quin & verum id eſt, qualem te inuenio, talem te iudico, d. l. moueor. vſque adeo, vt ſi clericum alia, quàm clericum decet, veſte indutum pulſem. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. non incidam. c. 4. & c. in audientia. de ſent. excom. ſa. opt. tex. in l. item apud. §. ſi quis virgines. de iniur. ſa. l. ſi ignorans. cum glos. ibi. Locati. Sed & hæc concertatio pro gloria facta eſt, quare virtus hæc

ſummo

ſummo fauore habenda. Etenim pulchre.di.Bal.in repet. d. l. Barbarius. actus qui ſecundum virtutem fiunt neceſſario laudem pariunt, ac virtus diuinum quid eſt, ac ſurſum volat. hæc Bal. At vero etſi,ne certaret armis, prohiberi potuiſſet, poſt tamen certamen, quod vicit, id quidem infectum fieri nequit.l.in bello.§.factæ. de capti. Multa enim facta tolerantur,quæ fieri non permittuntur l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui &c.c.dilectus filius.de ſponſa.c.neq; furioſus.cum c.ſequ.32.q. 2.fa.pulchrum di. Archid.in c.non cõfidat.50.diſt.facilius ſcilicet diſpẽſari in tolerando,quàm promouendo. Item ſæpenumero quod fieri non debet, tamen factum tenetur. de quo eſt eleg. glos.in l.j.§. biduum. quando appel.ſit. glos.in l. ſi pupillorũ. de reb.eo.qui ſub tutel.ſunt. Cùm ergo pro viro communiter

niter

niter ſit habita, & per hoc rectiſſimè vicerit.d.l.Barbarius. quod legitimè factum eſt, ex actu ſuperueniente retractari non debet.vt di. Bart.in d.l. patre furioſo. Hæc ita cùm ſe habeant, poſterior virgo, quare pulchritudinis certamen detrectare poſſit, equidem non video, cùm iudicatum inter alios alijs nec proſit, nec noceat.tex.in l.Claudius.qui pot.in pig.habeantur.l.ſæpe in pr. de re iudi.l. Modeſtinus. de except. c. inter delictos. poſt medium. de fid. inſtru. ſunt tex. expreſſi in l.j. & 2.C. quibus res iudi.non no.l. inter.C. Res int.al.act. fa.quod latè tractat Bart. quòd ſententia in iudicio vno lata non præiudicet in alio.con.43.lib.j.fa. c. cùm ſuper.in fi.de re iudi. quod enim antè cũ equite certauit, id eam iuuare non poteſt, quæ certamen ob id abnuit, ſiue

O valeat,

valeat, quòd vicit armis, ſiue non valeat. Si enim non valet, recipiet eques hoſpitium, ipſáque iam, vt virgo, cum vnaquaque virgine ex ſtatuti tenore pulchritudinis certamen legitimè ſubibit, cũ anteacta non valeant. l. quia non debet. de iureiu. & ea quæ no. Dd. in l. edita. C. de eden. quod qui habet plures actiones, & vnã proponat, reliquas nihilominus pòſteà proponere poßit. l. quoties duplici. de reg. iuris. eſt pulch. caſus. in l. hæreditas materteræ. C. de petit. hæred. tradit Zaſius in l. ſi duo. §. idem. Iulianus. de iureiu. Si verò valebit, quod geſtum eſt, nihilominus ei ad aliud certamen erit aditus, alioqui ei virtus ſua, præſtantia & dignitas (quæ aliàs ſolet dare fauorem perſonæ, vt di. glos. in §. ordinationem. in verbo ſuffragantem: autent. de Mona.) noceret. contra l. ſi longius

gius.in fi. de iudi. & l. Seruius. quod vi aut clam. eáque prolixe trad. Bart.in l.3.in fi.de his qui ſunt ſui iuris.&c. Nec obſtat, quod oppoſitum eſt, fæminis virorum cœtibus eſſe interdictum. Id enim in hoc caſu locum non habet, quo non vt fæmina, ſed vt vir ſexu diſsimulato prodijt, nec fragilitas hîc nobis obijci poteſt, cùm appareat ex facto eam ſtrenuam, nobilem, ac fortiſsimam Amazonem fuiſſe. Vnde nihil inconueniens, impudicum, aut immodeſtum expectari debet. Eſt enim in toto iure vulgatiſsimum, quòd perſonæ grauitas & honeſtas omnem ſuſpicionem excludat. Bal.in l.2.C.de falſ. Bart. in l.quoties.§.ſed ſi non in corpore.de hæred.inſtit.idem Bal.in l.j.C. locati. Abb.in c.poſtremo.de appelat. At virū fæminæ præferri obijcitur ex

l.j.de Senat.ſed hoc nequaq̃ eſt perpetuo verũ.Pluribus enim in caſib.ſunt melioris cõditionis fæminæ, quã viri, vt in ætatis impetratione.l.2.C. de his qui veni.æta.impet. Eſt alius caſus in l.vnica.de his qui ſe defe.lib. X. item in alijs multis fæmina viro præfertur, vt refert Specul.in tit. de procura.§.j. nu.3.item nõ calliditati mulierũ leges ſuccurrere non negamus, at negamus noſtro in caſu caliditatem vllã fuiſſe, cùm ipſa virgo aperto Marte & armis paribus ſit congreſſa.Doloſe enim & calidè facere putantur, qui clã aliqd moliũtur.l.fi.de ritu nupt.Itẽ dolus perpẽditur ex eo quod clã fit.glos.in l. 2.C de furtis.Porrò nec ſtatuta ſunt ita ſtrictè intelligenda, vt non extenſiuã interpretationẽ recipiãt, vt do.pulch. Angel.in §.item is qui. de vſu & hab. Cũ ergo ſtatutum de equite aurato lo-

quatur, nec fœminam excludat, poteſt ad eam quoq; referri, ſi eiuſmodi Heroina reperiatur, quæ viro poßit comparari ob fortitudinis ſaltem commẽdationem, cũ aliàs generaliter, qui nõ prohibetur, permiſſus eſſe intelligatur. l. j. in pr. de au. lega. §. ſi. in autent. de admi. of. c. j. de procur. in 6. quod ergo non mutatur, cur nõ ſtare permittitur? l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. in fi. & ibi glos. in verbo, intelligãt. C. de appel. neq; verò vnico triumpho cõtenta eſſe debuit vel potuit, in qua tãta erat virtus, quæ, vt Seneca ait, multum ſibi adycit laceßita, cuiusq; aliàs fauor tantus eſt, vt ſi occidiſſet eum iniuriæ actio non eſſet. l. qua actione. §. ſi in colluctatione ad l. Aquiliam. His ita in omnes diſcußis partes, pro victrice virgine iudicandum cẽſeo, tu vero, qui alienum te huic hominum generi

ſimulas eſſe, ſi aliter ſentias, quæſo ne clam me habere velis. Scias enim velim me pro hac defenſione habere probationum multas myriades. Vale mi clariß. Streinni, ac me ama. Aureliæ. Idib. Iulij. Anno M.D.LX.

EPI-

EPISTOLARVM IVRIDICArum, quæ conſiliorum vice eſſe poſſunt, Liber tertius.

AVTHORE IOHAN. AVRpachio Iuriſconſulto.

EPISTOLA I. AD HENRICVM AB STAremberg Baronem liberum.

CONTIGIT te Academiæ Vuittebergẽ. Rectore exiſtente, vt mihi retuliſti nuper Henrice clariſſ. vt Doctor quidam Iuris vir tibi notus, cũ librũ edidiſſet, eum Rectori præfatæ Academiæ dono, vt plerunq; fieri ſolet, mitteret. Inſcripſit autem

ferantur, morte tandem eius, cui conceſſa fuerant. Pōtificatus enim dignitas vno moriente in alium perpetuatur, vt expli.glos. in d.c.ſi gratioſe.ſa. c.quoniam Abbas.de offi.deleg. cum glos.ibi.Secus ſi appoſuiſſet etiam proprium nomen, vt ſi fortè dixiſſet Titio Rectori. Semper enim Titio deberetur, & ſi dignitate Rectoris ſit exutus, quia nomen appellatiuum Rectoris, potius demonſtratiuè quàm diſpoſitiuè adiectum cenſeretur. l.ſi communis ſeruus ita ſtipularetur. de ſtip.ſeruo. Et ſic quidem de iure communi reſpondendum haud dubium eſt, ſed tamen quia aliud etiam in facto refertur, te, qui Rector fueras tempore, quo librum inſcripſit, ac tradidit perferendum, eſſe ex illa regione oriundum, vbi Doctor ille commoratur, tibi eum eſſe notum ac familiari olim con-

uerſatione coniunctum. Vnde facilè colligi poteſt, quòd tibi librum peculia riter deſtinauerit, per tex. d. l. ſi communis. ibi, inſpici debere coniecturas, cuius demonſtrandi gratia. &c. & ibi etiam hoc vult Bart. Nec refert, quod ſimpliciter inſcripſit Rectori, nec addidit nomen proprium, cùm aliàs parum refert, cũ de re conſtare poteſt, proprium an appellatiuum nomen apponatur, per eleg. tex. in l. certum. ſi cer. pet. Sic quidem fratris ſui filiæ tutor exiſtẽs ſimpliciter dixit ſe quadraginta in dotem daturum, nec addidit tanquam tutorem, cumq́; poſtea compertum eſſet eam tantum in bonis non habere, tamen eum nomine tutorio promiſiſſe, reſponſum eſt. l. cùm poſt mortem. in pr. de admi. tuto. Porro cùm etiam conſtet te tempore datæ Rectorem adhuc fuiſſe, licet

cet præſentationis tempore amplius non fueris, ad te tamen liber ille pertinebit. ita do. not. glos. in ſimili. in c. ſtatutum. in pr. verb. Canonicis. in fi. ibi, dū dicit, ſpectamus initium: de reſcript. in VI. Eſt alia de hoc ipſo glos. aurea. in c. fi. in fi. de teſta. in vj. Sed & ratione notitiæ potius tibi tranſmiſſū eſſe librū, omnino præſumi debet. ar. l. qui habebat. de reb. dub. in hoc præcipuè caſu noſtro. nam & hæc eſt conſuetudo, vt notis & amicis eiuſmodi libros mittamus, & eſt adiumento id, quod vtrinq; valere poteſt, quod agitur, ſecus ſi non valeret ex vna parte, vt ſi forte alter non amplius exiſtens Rector inutiliter acciperet, aut accipere non poſſet, tum abſque dubio ſubſequenti Rectori eſſet tradendus. l. proinde. §. fi. & in l. item ſi alter. cum l. ſequen. vbi eſt caſus. de ſtipul. ſeruo.

vt

vt ſaltem miſsio quacunque ratione valeret.l.quoties in actionibus.de reb. dub.l.ſeruus hæreditarius.de ſtipulat. ſeruo.ac ita vult & explicat Bart. in d.l.ſi communis. Ac ita expeditum id eſſe arbitror Hérice, quod à me quæſieras. Vale. Andegaui.XV.Martij. Anno M.D.LXI.

EPISTOLA II. AD IOH. GRACCHVM IVreconſultum Aurelianen. Promotorem ſuum.

In materia pactorum.

ARgumentũ, quod mihi propoſuiſti, clariſs.Gracche, deſumptũ eſt ex l.fi.C.de pactis.cuius conſtitutionis mens eſt & ſententia, quod nullum pactum, quod inter aliquos de hæreditate alicuius viuentis initum eſt, valeat,

leat, niſi & conſentiat is, de cuius hæreditate agitur, & ita conſentiat, vt ante vitæ ſuæ exitum ſententiam non mutet. quæ Imp. deciſio iuſtiſſima mihi quidem videtur, vel ob id ſolum, vt peſſima illa & turpiſſima captandæ mortis ſuſpicio euitetur. Quid enim eſt, ſi hæc non eſt alienæ mortis ſuſpecta meditatio, cùm de bonis eius, qui adhuc viuit, pacta huiuſmodi fiunt? cũ aliàs de viuentis hæreditate vel ſaltẽ cogitare aut ſollicitum eſſe Iulianus improbum exiſtimarit, vt refert Vlp. in l. 2. §. interdum. de vulg. & pupill. Secundum cuius ſententiam hæc noſtra Imperatoria conſtitutio facta eſſe intelligi poteſt. Pro eius autem deciſione confirmanda plurimum mihi id quoque facere videtur, quod in concilio Lateranenſi à maioribus noſtris de Eccleſiaſticis officijs vel beneficijs

ſancitum

ſancitum eſſe inuenio, quod ea ſcilicet ante nemini promitti vel collocari queant, quàm vacare cœperint, eadem ratione, ne ſcilicet deſiderare proximi mortem quis videatur, in cuius locum ſe ſucceſſurum ſperauerit, vt habetur in c. 2. de conceſ. præben. Merito itaque ex huiuſmodi conuentionibus actiones nobis non dantur, etſi inſtrumenta ſint facta, cùm ſint contra bonos mores, vt eſt tex. in l. 4. C. de inut. ſtipul. Conſtat enim omnia ea, quæ vel in pactis vel ſtipulationibus fiunt contra bonos mores, nullius momenti eſſe, vt di. tex. in d. l. 4. eſtque de ea re glos. in c. j. ext. de pactis. Vnde id eſt, quod nobis Pontifex tā ſollicitè inculcat in c. 3. de cōceſ. præben. in VI. ſi beneficium aut officiū quis eccleſiaſticū cōtra bonos mores, hoc eſt, anteq̄uā vacare cœperit, acceptauerit, non
ipſam

ipſam acceptationem tantum, ſed & reformationẽ, inhibitionẽ (ita enim ibi loquitur) & varios proceſſus, itẽ & ſententias promulgatas penitus eſſe nullas. Præcipue vero rata eſſe pacta hæc, de quibus Imp. hîc tradit, nõ debebãt vel propter mortis alterius tantũ factam mentionẽ. Quid enim odioſum magis, aut turpe dici poteſt, quã talis inquiſitio in annos alterius facta? propter quam exiſtimem etiam à liberis factas huiuſmodi conuentiones valere non debere, vt rectiſſ. glos. in hac noſtra quoque conſtitutione docet. nam & filius ante diem patrios inquirit in annos, de quo eſt tex. in §. pen. Inſtit. quod cum eo. Neque vero me id mouet, quòd non verè de ſuccedendo, aut non ſuccedendo pacta hæc facta videntur, ſed tantum de diſponẽda hæreditate, quia dum quis ſperans hæredi-

ſuam in tot vncijs hæredem inſtituere filiam ſuam Titiam, non valet. l. pactum quod dotali. C. eo. Cùm enim ſit contra bonos mores, id eſt, mortis ſuſpicionem inducat expectandæ, huiuſmodi propriæ hæreditatis promiſsio non valet, nec pollicentem obligat. l. cùm donationis. C. de tranſactio. Et hoc eſt quod Impp. dicunt pactum loco teſtamenti minimè valere, veluti ſi pactum eiuſmodi facias, vt bona vxoris, quæ tibi nomine dotis non ſunt obligata, poſt mortem vxoris ad te pertineant. l. hæreditas. C. de pactis conuent. Id quòd etiam in ſtipulatione obſeruari ſolet l. ſtipulatiò hoc modo concepta. de verb. oblig. cùm itaque nemo poſsit paciſcendo efficere, ne ſuum locum dedicare, an in eum inferre mortuum, aut ne inuito vicino prædium alienare, aut ne vicinus in ſuo aquam

exhaurire poſſit, quæ exempla leuiora ſunt. l. pen. cum glos. ibi. de pactis. multo igitur magis hæc Imp. noſtri conſtitutio ſumma ratione & firmitate nititur, quæ contra odioſam alienæ mortis præmeditationem eſt facta. Altera argumenti tui pars deſumpta eſt ex c. quamuis. de pactis in VI. quod ita eſt famoſum, vt ius noſtrum ita circumuolet, velut Amphion cœlum, vt præclare alicubi Zaſius noſter loquitur. Tota autem d. c. quamuis deciſio à iuramenti religione pendet, cuius aliàs maxima, vt hîc quoque, vis eſſe ſolet, nam & rei iudicatæ auctoritatem habet & ſententiæ, vt do. glos. in l. ſed ſi poſſeſſori §. fi. de iureiu. Item & quod debitum non eſt, deberi facit iuramentum, vt itidem do. glos. in l. j. C. de condict. indebi. Item & quod ſolutum non

eſt,

eſt, facit eſſe ſolutum. l. duobus. §. j. de iureiu. Porro & certiſſimi eſt iuris, quod in omnibus factis ſine iuramento promiſſis vnuſquiſque liberatur ſoluendo id quod intereſt. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio. §. fi. de re iudi. atqui ſi iuramentum promiſſioni adiunxeris, præciſe ad factum teneberis, vt do. quædam gloſſella reputata ab omnibus Dd. ſing. in l. ſi pecuniam. in verbo, neceſſe habeas. de condi. cauſa dati. quin expreſſe dicit Bal. pactum de futura ſucceſſione hodie valere, ſi ſacramentum interceſſerit. in c. j. vers. moribus. ſi de feu. fu. cõtro. inter do. & ag. vaſal. in vſib. feud. Tametſi itaq; huiuſmodi pactũ, quo filia accepta dote paternæ hæreditati renũciat, durum videatur, & inimicũ iuri per l. pactũ dotali. C. de

colla.per l.fi.de ſuis & legi. hæred.tamen interueniente iuramento propter eius authoritatem, item & ne pernicies animæ in periurio poßit conſiderari, merito etiam tale pactum valebit, & habet etiam hoc in ſe rationē ciuilem, quia filia renuncians amplius queri non debet, cùm iuramentū hoc licitè & ſine diſpendio ſalutis facere poßit, vtpote quia & iuri ſuo diſponere poteſt.l.poteſt hæres.ad l.Falci.l.pactum inter hæredem. de pactis.c.j.de reſtit.ſpol. & contenta eſſe debeat, quæ dotem acceperit, quæ patrimonium eſt fæminarum.l.4.de mino.& tota ſubſtantia mulierum in dote conſiſtere dicatur. l.fi.C. qui potio. in pig. hab.item & poſtremo quod fratribus gratificari teneatur, per quos familia & tota domus cōſeruatur. Ea autem quæ fæminis conferuntur, in aliam

facile

facile transferuntur familiam. Ad conſeruandam autem familiarem dignitatem, publicè intereſt bona maſculis conſeruari, ſine quibus ſplendor familiæ intereat neceſſe eſt, vt patet per iura vulgata. Itaque cùm hiſce de cauſis iſtud iuramentum à filia præſtari poſſit, nec contra bonos mores eſſe cognoſcatur, quin eiuſmodi pactum iuramento firmatum ſeruari debeat, minimè dubitamus contra reg. non eſt obligatorium. de reg. iuris. in VI. Et ſic me argumento tuo ſatis reſpondiſſe arbitror, ſaluo iudicio & debita reuerentia. Vale. Aureliæ. Idib. Martijs. Anno M. D. LXII.

EPISTOLA III. AD IOHAN. HERZOgum Iureconſultum.

DOctores Vniuerſitatis noſtræ habent ſtatutum, vt nullus eorum poſſit abeſſe ab Vniuerſitate vltra decem dies ſine permiſſu Collegij, quod ſi abſit, certa pecuniæ ſumma puniatur. Accidit vt vnus ex Doctoribus impetraret à Collegio, vt certũ tempus abeſſe poſſet, vltra vero impetratũ tempus illud plures abfuit quã decem dies, quæſitum eſt an poſſit dicta ſumma puniri. Interrogatus ego, Herzoge, reſpondi initium inſpiciendum eſſe: quare cùm primùm impetrarit tempus à Collegio, tametſi poſtea vlterius abfuerit, puniri non poſſe. A primordio enim tituli poſterior forma-

formatur euentus. l. vnica. in fi. C. de impò. lucra. deſ. lib. X. tametſi enim illicitum erat id, quòd poſt impetratum tempus abſuit, tamen excuſari debet propter initium licitum, quod ſcilicet impetrata venia exijſſet. d. l. vnica. & tract. hoc ipſum valde eleganter in quæſtiõe ſimili Cardin. cons. 122. Zas. in l. cætera. §. fi. col. j. de leg. j. Simile eſt vbiq; in contractibus, in quibus plerũque initium conſiderari ſolet. Ecce ſeruus tuus rem aliquam depoſuit, iſque mortuus, manumiſſus, alienatus fuit, nihilominus dominus depoſiti habebebit actionem, eò quod initium contractus conſideretur. l. j. §. non ſolum. depoſi. Eſt aliud exemplum in l. ſi procuratorem. in pr. Manda. Sic etiam pater filio, quem in poteſtate habebat, credi pecuniam iuſſerat, antè autem, quàm crederetur, mutabat

pater voluntatē ignorante creditore, qui poſtea credebat, dicit IC. SC. Macedonianum locum non habere perpenſo initio contractus. l. ſi tamen. ad Maced. Id quod ad noſtrum hunc caſum maximè referri poſſe videtur, quia Doctor ille videtur quaſi ignorare, an ſibi ſit licitum abeſſe amplius, vt qui dubitet, imo maximè ſperet, ſi domi eſſet, ſe vltra tempus antè impetratum, & id impetrare facile poſſe: cũ enim permiſerint illud, facile ſibi perſuadere potuit, eos etiam hoc permiſſuros, vt di. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. de furtis. & tex. ibi. Vide quæ no. in §. furtum autem fit. tit. j. lib. 4. Inſtit. cumque ita dubitet ac ſperet haudquaquam in præiudicium collegij ſui abſuiſſe dici poteſt. Non enim ceſſat eſſe in bona fide, qui dubitat. glos. in c. ſi diligenti. in verbo, bona fides.

des. ad ſi. & gloſ. in c. ſi. vbi Inno. & Abb. de præſcript. Bart. in l. naturaliter. de vſucap. Addo etiam quod facile ob negociorum magnitudinem redire intra præſcriptum tempus non potuit, & ſic excuſetur vel ipſa neceſſitate, propter quam aliàs tolerantur multa, quæ non tolerarētur. c. etſi illa. j. q. 7. eſt tex. in Autent. de Eccles. reb. immobil. alie. ſed & aliàs eſt inculpabile quod fit vrgēte neceſſitate. c. j. 34. q. j. Neceſſitatis autem cauſa & ob negociorum immenſitatem ipſum abſuiſſe, præſumendum eſt omnino, cùm vir ſapiens & doctus non præſumatur errare, vagari. l. cùm de indebito. de probat. Ex his itaque & ſimilibus euincimus hunc Doctorem puniri non poſſe, præcipue cùm ab initio tam bonum titulū habuerit, id eſt, impetrato certo tempore exierit, cu-

ius certè tituli origo eſt perpendenda. ar. l. 3. C. ad Maced. vt ſolet origo & cauſa in omnibus fere rebus conſiderari. l. qui id quod. in pr. de donat. ne quod primũ bene omnino & legitimo principio actum eſt, ex alio ſuperueniente incommodo irritetur, pro quo fa. opt. in ar. l. 3. C. de interd. matri. Pone enim Doctorem hunc maxime vrgente cauſa egreſſum negocia ſua præter ſpem ſtatuto tempore & permiſſo conficere non potuiſſe, rediret ne infecta re, vt multo eſſet peius nunquam negocium cœpiſſe? Sic ſane tempus, quod fauore illi fuerat conceſſum, in maximum eius odium & incommodum vergeret. c. vaſa in quibus. in fi. de conſecrat. diſt. j. cũ vulga. vnde nobis non obſtat, quod obyci poſſe videmus ex l. ſed etſi lege. §. de eo autem. de petit. hæred. parum ſcilicet

referre,

referre, an ab initio quis ſe illicitũ facere ſciat, an ex poſt facto, quia tex. ille de eo loquitur, qui doloſe in hæreditate verſatur, vtpote quia is ex hæreditate nunquã quicquã lucrari poteſt. d.§. de eo autem. Hic autẽ noſter Doctor nequaquam poſtea dolo feciſſe dici poteſt, qui vrgente neceſsitate vltra terminũ permiſſum ſine Collegij præiudicio, optimo fretus prioris permiſſionis titulo emanſerit, ad quem titulum merito poſterior emanſio referri debet. d.l. vnica. C. de impo. lucra. deſ. Et ſic exiſtimo Doctorem illum abſoluendum, tuum de hac quæſtione iudicium expetens. Vale. Andegaui. XXVII. Iunij. Anno M. D. LXI.

EPI-

EPISTOLA IIII. AD CAROLVM CHARLOnium Præſidem Andegauienſem.

QVidam nuper cùm furatus eſſet tantum tres ſolidos, deprehenſus ad te, clariſsime Præſes, producitur, túque cùm paruitatem rei videres, dimiſſurus eum fueras, niſi examinando eum cognouiſſes ex eius propria confeſsione, quòd artificium nouiſſet. Ob id ergo, quòd artificium nouiſſet, ac inſuper erat furatus, iuſsiſti eum grauiter virgis cædi. De qua re cùm quidam diſputarent, ac duriorem ſententiam tuam exiſtimarent, reſpondi ego te ſapienter ac rectiſsimè iudicaſſe, per tex. in l. ſi quis à liberis. in fi. pr. de lib. agnos. vbi iubet D. Pius vt ibi Vlpia. refert, filium pro modo

modo facultatum à patre ali, cùm artificio ſuo (erat enim artifex filius) incumbere non poſſet. Ergo ſi incumbere poſſet, non aleretur, vt à contrario ſenſu glos. in d.l. ſi quis à liberis. colligit, quod in iure fortiſſimum aliàs eſſe ſolet. l.j. de offi. eius &c. c. Imperatores. 11. q. 3. eſt glos. in c. Imperatores. 9. diſt. Nequaquam vero inconuenienter hoc ita colligi poteſt, quia artificium qui nouit non ſe tantum, ſed alium etiam ſecum mercede delata alere poteſt. vt di. eleg. Scæuola. in l. Lucius Titius. §. hæredum. ad Trebell. Id quod ego te pro noticia noſtra cælare non volui. Vale. Andega. X I I. Ianuarij. Anno M.D.LXII.

EPISTOLA V. AD ANDREAM FA-bricium.

In materia ſucceßionum.

CAſus, quem heri mihi propoſuiſti talis eſt, Quædam Titia deceßit relicto filio, & pronepote ex alio filio vel filia, nam id hodie non habet differentiam. §. fi. de hæred. quæ ab inteſt. deferun. Atqui filius excluſurus pronepotem, ſolus matris hæreditatem petit eo ſorte fretus, quod Imp. Iuſtinianus in §. cùm filius. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur. tantum nepotes & neptes nominat, quos dicit in bonis aui vel auiæ ſuccedere cum patruis, aut ſi ex vno ſint nepotes, neptes, & ex alio pronepotes, proneptesue & hos ſimul ſuccedere, neque vnquam eius mentionem facit,

facit, quòd pronepotes cũ patruis ſuccedere poſſint magnis. Item & hoc prætendere dictus filius poteſt, quod Imp. alibi ſanxit, quod non tantũ fratris filius & filia ſuo patruo ſuccedãt, ſed etiã ſororis germanæ filius vel filia, ſiue cõſanguinea ſit ſoror, ſiue vterina, et non deinceps pſonæ. in §. hoc etiã addendum Inſtit. de leg. agna. ſucceſſ. Cũ itaq; dicat patruo ſolos ex ſorore filios vel filias, et nõ deinceps pſonas, id eſt, reliquos deſcedentes ſuccedere, ſimile erat quoque in hac noſtra ſucceſſione. His tamen non obſtantibus putarem ego dictum pronepotem cum patruo magno ſuccedere, & primum id colligo ex Aut. de hæred. ab inteſt. in pr. vers. Sic tamen. vbi Imp. cùm tradita triplici ſucceſſionum forma de deſcendẽtibus primum diſſeruiſſet quos reliquis præcedere merito ſanxit, ſubiungit

iungit poſtea, quòd ſi contingat huiuſmodi deſcendentem mori relictis filijs, filiabus aut alijs deſcendentibus, huiuſmodi filios, filias aut alios deſcendentes in patris ſui locum ſuccedere, & tantum ex aui aut proaui hæreditate capturos, quantum eorum parens fuiſſet habiturus. Clariſſimè itaque conſtat, non filios tantum & filias in patris ſui locum ſuccedere, & aui hæreditatem cum patruis petere poſſe, ſed etiam nepotes & neptes aui veſtigijs inſiſtere, & ad proaui hære reditatem admitti. d. vers. ſic tamen. ibi, & alios deſcendentes. Id quod teſtatur etiam Bart. in l. j. §. ſed ſi quis. de ſuis & legit. rationem talem adducens, quia inquit & pronepotes appellantur filij. eſt caſus in ſimili l. vnica. C. de ijs qui ante apertas tabulas. Ac ſane tameſi Dd. in Aut. ceſſante C. de leg.

leg. hæred. tradant in aſcendentium hæreditate pronepotes in parentum locum ſuccedere, & ad proaui vel proauiæ hæreditatem admitti, & non vlterius, forte ideo, quòd liberi propriè dicuntur illi, qui ad tertium gradum ſe extendunt. l. Iuriſconſultus. §. parẽtes. & ibi Bart. de grad. & affini. ego tamen exiſtimo etiam vlteriores, ſi qui eſſent, velut abnepotes &c. admitti, quia & hi & alij infiniti liberorum nomine cenſentur. l. liberorum. de verb. ſignif. habeo ego meæ ſententiæ ſuffragatricem. glos. in §. multis. Inſt. de ſucceſſ. libert. in verbo, vſque ad quintum. Fa. quod Bal. dicit in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. in vers. quæro ſi pater, quòd parentes præſumantur tantam habere charitatem erga nepotes, quantum habent ad filios. Ad quam rem probandam pulch.

nobis proponit exemplum Papinia. noſter in l. cùm auus. de condit & demon. vbi auus cùm filium, & ex altero filio nepotem hæredes feciſſet, fidei nepotis commiſit; vt ſi intra 30. annos moreretur patruo cohæredi hæreditatem reſtitueret. Contigit autem vt intra id tempus moreretur nepos relicto tamen ex ſe filio, qui illius auo nunc erat pronepos. Reſpondit certe Papinia. pietatis ratione fideicommiſſum expiraſſe, licet ante annos 30. nepos fuerit mortuus. Auus enim pronepotis eandem curam, quam nepotis habuiſſe intelligitur. Si ergo ſcriptum hoc fideicommiſſum auus dimiſit ob natum pronepotem, multo magis hic noſter pronepos proauiæ vna cum patruo magno ſuccedet. fa. l. j. C. de condit. inſer.

Poſtre-

Poſtremo ex eo quod ſuprà ex d. vers. ſic tamen. probaui non filios tantum & filias, ſed & alios deſcendentes in parentum locum ſuccedere, nunc quoque probo pronepotes venire, quia numero deſcendentium veniunt omnes in infinitum, ſiue ex maſculo ſint, ſiue ex fœmina. eſt tex. aper. in l. fi. C. de ſuis & legit. ac ita tenet Alex. manifeſte in cons. 160. in 2. vol. Nec obſtat quod filius obijcit ex d. §. cùm filius. quia tametſi Imp. nepotes, pronepotes, ac deinceps alios non nominarit, facile tamen intelligi poſſunt, cùm filiorum ac liberorum nomine veniant, vt ſuprà dictum eſt: item ſi Imp. non voluiſſet filiorum nomine & alios deſcendentes intelligere, potuiſſet etiam id addere, vt fecit in d. §. hoc etiam ad-

dendum. Sed & aliter reſponderi poſſet, d. §. cùm filius, correctum eſſe per d. vers. ſic tamen. in Aut. de hæred. ab inteſt. Ad d. §. hoc etiam addendum reſponderi poteſt, ibi aliud eſſe in ſucceſsione patrui, cuius hæreditas non ita pronepotibus ex ſorore debetur, vt deſcendentibus debetur parẽtum hæreditas. Et ſic opinor ſecundum l. Claudius Felix. qui potio. in pig. hab. dictum pronepotem cum patruo magno in proauiæ bonis ſuccedere debere, ſaluo doctiorum iudicio. Vale. Landeshutæ. XXVIII. Nouemb. Anno M.D.LXII.

EPI-

EPISTOLA VI. AD HENRICVM AB STAremberg Baronem liberum.

COnuenit inter te & me, Henrice clariſsime, vt ſi proximis Calend. Martijs ego ab amicis Pariſienſibus literas non acciperem, ſoluerem tibi decem, ſi verò acciperem, totidem tu mihi ſolueres. Calendæ Martiæ cū adueniſſent, accepi epiſtolam ab amico Pariſienſi, cui tempus datæ, vt vocant, ſubſcriptum non erat, id eſt, nec dies nec locus ſubſignatus erat. Cùm tibi monſtrarem epiſtolam, ac decem peterem, tu epiſtolam non eſſe contendebas, cùm dies & locus non ſit ſubſcriptus, ac decem dare negabas. Quæſitum eſt inter nos quid iuris eſſet. Ego itaque inſpecta rei veritate

pro me reſpondendum eſſe exiſtimo per tex. in l. pen. §. idem quæſiuit. de pigno. vbi omnino probatur epiſtolam nihilominus valere & probare, tametſi ſine die & conſule emanarit, præſertim ſi aliàs poſsit probari, vt per tabellarios forte, literas ex Pariſijs allatas tum fuiſſe. ar. d. §. idem quæſiuit. ibi, cùm conueniſſe de pignoribus videatur &c. nec obſtat quod ex parte tua obijci poſsit ex l. 2. C. de conue. fiſ. debi. lib. X. & ex l. 4. C. de diuer. reſcri. vbi dicitur ſi qua beneficia ſine die & conſule reperiantur, caritura auctoritate, quia hoc intelligi debet de publicis inſtrumentis, in quibus neceſſario dies adſcribi debet, item & locus, non tantum vniuerſalis, vt puta ciuitas, ſed etiam ſingularis, vt domus, platea &c. vt not. in l. optimiam. C. de contrah.

ſtip.

ſtip. & in l. libellorum. de accuſ. in c. 2. de fide inſtru. aliàs enim inſtrumentum non valet, vt prolixe docet Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. poſtremo. c. inter. de fi. inſtru. c. j de ſent. & re iudica. in VI. c. quoniam contra falſam. de probat. In priuata autem ſcriptura, velut eſt epiſtola, minimè tanta requiritur ſolemnitas, dum conſtet, illam eſſe ab eo ſcriptam, qui ſcribere debebat, aut velut in noſtro caſu, eo in loco, vbi ſcribi debebat. Eſt exemplum eiuſmodi epiſtolæ ſine die & conſule ſcriptæ in l. Publia. §. fi. depoſi. ex qua nihilominus iuſtam emanare probationem ibi dicitur. Et quod in priuatis ſcripturis non ſit neceſſe diem & conſulem exprimere, certiſſimi eſt iuris. not. glos. in c. dicenti. 25. q. 2. in fi. Multo ergo magis in epiſtola, et in hac

epiſtola, in qua non ad eorum, quæ in ea continentur, validitatem id requiritur, vt do. Abb. in d.c.2. de fi. inſtru. nu.7. ſed tantum an venerit ex Pariſijs, & eo quidem die, conſideratur, quo probato per alia, vt probare poſſum, non certè vlla amplius requirenda eſt ſubſcriptio, vt trad. Bart. in l. nuda. de donat. nu. 6. cùm epiſtolæ ex eo vis non infringatur, vt ſuprà oſtenſum eſt ex d.l. pen. de pigno. Porro vltra hæc omnia eſt caſus alibi in fortioribus terminis, quòd ſi de opere facto, an extet memoria, quæritur, non dies & conſul ad liquidum exquirendi, ſed ſufficit, ſi ſciat quis opus factum, et ſi ex alijs tantum id audiuerit. l.2. §. antepen. de aqua plu. niſi quis fortè prioritatem aut poſterioritatem temporis ex ea probare vellet, quod hic non eſt. vt. do. Bárt. in d.l. pen. de pigno. tunc

enim

enim ſubſcriptione temporis eſſet opus. Ex his ego planè iudico, me decem petere à te optimo iure poſſe. Vale. Andegany XXVI. Martij. Anno M. D. L X I.

EPISTOLA VII. AD GVOLPHGANGVM Seittentalerum Iureconſultum.

QVæſtio, quam ſuperioribus diebus ad me miſiſti, clariſsime Seittentalere, talis eſt: Deceſsit quidam Cōradus relicto primùm patruo, qui ex vno tantum latere patri defuncti coniungitur. Adeſt autem amitinus quoque nomine Andreas, item & auiæ maternæ ſoror Regina nominata, qui omnes admitti ad defuncti hæreditatem poſtulant. Qua in re cùm ſententiam meam petas, non poſ-

ſum hercule facere, quin quod ſentiam, declarem. Primùm itaque pro patruo video tex. fortiſs. in §. ſi vero neque fratres. Autent. de hæred. ab inteſt. vbi Imp. expreſſe dicit, ſi fratres & ſorores & eorum liberi non ſuperſint, omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocari ſecundum gradus prærogatiuam, hoc eſt, viciniores gradu reliquis præponātur: atqui conſtat patruum hunc eſſe in tertio gradu. §. tertio gradu. de grad. cognat. filius autē àmitæ, quem ſuprà amitinū appellaui, eſt in quarto. §. quarto gradu. Inſt. eo. Neq; vero referre videtur, quod ex vno tantum latere cōiunctus iſte patruus eſt, quia Imp. in d. §. ſi vero neq; fratres, eius rei nullam facit mentionem, ſed dicit ſimpliciter, ſi fratres aut ſorores eorumque liberi deficiant, reliquos à latere vocari vicinio-

ciniores gradu. Cùm igitur Imp. non ponat, nec nos ponemus. l. de precio. de Publicia. Tantum enim ſi fratres & ſorores aut eorum liberi extarent, habere locum id, quod ex vno latere coniuncti excludantur ab his, qui ſunt coniuncti ab vtroque. d. Autent. de hæred. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus neque deſcendentes. quin & ex alijs ipſius Imp. verbis, quæ ſunt in d. §. ſi igitur. vers. his autem, colligi poteſt, dictum patruum præponi amitino debere per quandam ſimilitudinem. Nam ſi fratres, inquit, aut ſorores ex vtroque latere non ſint, vocantur ſtatim illi, qui ſunt ex vno iuncti. Ergo ſimiliter ſi iſte Andreas amitinus haberet ſuam matrem, quæ eſt ex vtroque coniuncta, procul dubio ſaccederet. §. ſi igitur defunctus deſcendentes. Autent. de

de hæred.ab inteſt.at matre amita nõ exiſtente, cùm defuncto nec fratres ſint nec ſorores,nec eorum liberi, nec alij patrui,nec matertere ex vtroque latere, curnon ſuccedat hic patruus ex vno latere coniunctus, non video, cum eadem ex ratione idem ius ſtatua tur.l.vnica. de bo.poſſ.ex teſt.milit. Porro quod dicitur eos qui ſunt ab vtroque, id referri tantum debere ad fratres & ſorores eorumque liberos, probo per alium tex.qui eſt in §.plurima.in Autent. de conſang. & vter. fratri.vbi Imp.cùm tradidiſſet,qui ab vtroque ſunt, excludere eos,qui ab vno,diſerte dicit,morienti.Ex quo colligi poteſt,id,quod toties dicitur de excluſione cõiunctorum ex vno & vtroque, referri & trahi non poſſe ad patruum noſtrum, qui mortuo Conrado non poteſt dici coniunctus vno latere,

ſed

ſed morientis parti. Itaque cùm neque amitinus ille Andreas dici poſſet eſſe defuncto cognatus ex vtroque latere, & ſit vno gradu remotior, quàm patruus iste, dicendum videtur hunc illi eſſe præferendum. per tex. d. §. ſi verò neque fratres. His tamen non obſtantibus amitinum Andream præferendum existimarem ideo, quòd huius mater patri defuncti Conradi ex vtroque coniuncta fuit latere, quam matrem dictus noster Andreas repræſentat. Quæ enim ratio reddi potest, quo minus id, quod de excluſione eorũ, qui ſunt ab vtroque & vno latere, toties diximus, valeat in hac ſucceſſione patruorum, æquè, vt valet, in fratrũ, ſororum, eorumque liberorum? An ideo quod Imp. idipſum in d. §. ſi verò neque fratres, non expreſſerit diſertè, vt ſuprà in contrarijs deductum

est

eſt? Quaſi verò neceſſum fuerit Imp. quod toties dixerat, circa fratrum ac liberorum fraternorum ſucceſsionem, hîc rurſum inculcare, ac non potius vno verbo exprimere, dum dicit ſecundum gradus vniuſcuiuſque prærogatiuam, id eſt, vt eadem gaudeant prærogatiua hi vlteriores cognati, qui ſunt ex vtroque latere, contra eos qui ſunt ab vno, vt ſuprà de fratribus, ſororibus, & eorum liberis dictum eſt, cùm ratio diuerſitatis reddi non queat. l. à Titio. de verb. oblig. Iſta enim clauſula præcedens ſequentia merito declarat, vt do. Bart. dum di. maioris eſſe efficaciæ clauſulam præcedentem ad determinandum ſequentia, quam ſequentem ad determinandum præcedentia. in l. auia. in pr. de condit. & demon. His itaq; ſic intellectis, vt ſanè intelligenda ſunt, habebit

hic

hic noſter Andreas contra patruum ex vno latere coniunctum hanc prærogatiuam, vt eum excludat, tanquã is cuius mater ex vtroque latere fuerit coniuncta patri defuncti, non aliter atque extantes liberi fratris præmortui, qui poſtea morienti ab vtroque coniunctus fuerat, excludunt fratres, qui ex vno tantum coniunguntur. nec habetur ratio eius, quòd fratres iſti ex vno coniuncti ſint cum defuncto in ſecundo gradu, liberi autem fratris præmortui, qui ex vtroque iungebantur ſint in tertio gradu. d. §. ſi igitur defunctus neque deſcendentes. vers. vnde conſequens eſt. Autent. Ceſſante. C. de legit. hæred. Solum enim reſpicitur & multo magis id, quod præſtat coniunctio ex vtroque, quàm quòd iuuet vnius gradus proximitas. Eſt enim reuera

magna

magna vis in eo, vt ex vtroque coniunctus quis ſit, aut vno tantum, vt exemplo probabimus. Ecce enim notiſs. iuris eſt, matrem ſuccedere filio ſuo, vnà cum cæteris filij fratribus vtrinque coniunctis, ſi tamen ſit frater defuncto ab vno coniunctus, excludet eum mater. Autent. defuncto. C. ad Tertul. no. glos. in l. j. de iuris & facti igno. Bart. in l. 2. in pr. de vulg. & pup. & in l. j. §. filium. de bo. poſs. con. tab. Alex. con. 79. in fi. lib. VI. Sic ſi quis relinquit fratres vtrinq;, alios ex vno coniunctos, illi certè hos excludunt. Autent. Itaque. C. com. de ſucceſs. Et quod Imp. voluerit in d. §. ſi verò neque fratres, idem intelligere, vt haberet locum in hac vlteriorum cognatorum ſucceſsione, quod eſt dictum in fratribus & eorum liberis, vt ſcilicet, qui ex vtroque eſt, excludat illum qui ſit

ex vno, vel hinc colligi poteſt, quòd hæc materia ita connexa eſt, ita cognata, vt quod dicitur de vno, de altero etiã dictum eſſe præſumi debeat. Cõnexorum enim idem eſſe iudicium, eãdem cõuenientiam, di. eleg. Iaſon. in l. ſed ſi plures. §. hinc vicinus. de vſuf. fa. c. cùm in tua. in fi. de deci. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. in fi. de iureiu. Hunc autem noſtrum §. ſi vero neq; fratres, connexum eſſe non tantum propter ordinem (nam ordine ſubſequitur) ſed etiam propter materiæ identitatem facile eſt cernere. Nam vt primũ poſt aſcendentes vt deſcendentes poſuit fratres, & eorum liberos, ita poſt hos deficientes, ſtatim collocat vlteriores cognatos. Vnde ſi dubitaretur an Imp. in d. §. ſi verò neque fratres, voluerit habere locum id, quod in ſuperioribus dixerat de fratribus & eorũ

 liberis,

liberis, quod ſcilicet ex vtroque excludat eos, qui ſunt ex vno, propter iſtam ſaltem connexitatem deberet iudicari idem eſſe debere in poſteriore §. cōnexo, quod fuit ſtatutum in primo. Ita di. eleg. Signorol. con. 170. Sic in hac noſtra materia nonne ſimile, imo vero idem eſt fratres & eorum liberos ex vtroque coniunctos excludere alios, qui ex vno tantum ſunt, & patruos & vlteriores cognatos etiam excludere alter alterum, ſi ſit alter vno, alter ex vtroque coniuncti? nonne procedunt ex pari potentia, nonne ob eandem cauſam ſunt introducta, & ſimilem effectum habēt? ergo quod in priore. §. de fratribus & eorum liberis ſtatutum eſt, intelligi debet, eſſe repetitum & ſtatutum in §. poſteriore de vlterioribus cognatis. ita di. pulch. idem Signorol. con. 87. adde quod di. Bal.

ſequen-

ſequentia lumen ſumere, & intelle-ctũ ex antecedẽtibus. in l.in emptione poſt.pr. C.plus vale. quod agi. Ex quibus apparet facile nõ obſtare quod ſuprà eſt dictum, iſtam excluſionẽ eorũ, qui ſunt ex vtroque coniuncti, non habere locum in his vlterioribus cognatis, eò quod Imp. nõ repetierit in d.§.ſi verò neque fratres. quia ſatis probatũ eſt intelligi omnino debere per ea, quæ latè deduxi, & probo iterum argumento huiuſmodi: Quotieſcunque ſunt eiuſmodi capitula, vt in hac Autent. de hæred.ab inteſt. & in præcedenti aliquid dicitur, quod à iure communi non exorbitat, ſemper cenſetur repetitum in proximè ſequentibus, id quod probatur in l.quemadmodum.in fi. ad l.Aquil. & in l.mariti.vers.hoc quinquennium. de adulte. In hoc autẽ caſu noſtro quid minus à iure communi ex-

orbitat, imo quid magis ſimile eſt ei, quod in priore §. dicitur fratres ex vtroque coniunctos excludere eos, qui ex vno coniunguntur, quàm vt dicamus idem eſſe in vlterioribus cognatis? ergo in poſteriore. §. repetitum intelligitur. ita do. pulch. Angel. in §. capite tertio. de l. Aquil. Porro vel hoc vnico argumento euinci poteſt dictum patruum ab amitino excludi, quia iſte amitinus venit ad conſobrini hæreditatem per repræſentationem. Repræſentat enim matrem ſuam, quæ patri defuncti vtrinqne coniuncta fuit, ac quemadmodum ipſa mater excluſiſſet ſuum fratrem non vtrinque ſibi coniunctum, ita & eius filius Andreas, qui ſanè tantum eſt accepturus, quantum accepiſſet eius mater. d. §. ſi vero defunctus neque deſcendentes, ibi, tãtam ex hæreditate percipient portionem

nem &c. neque vero eſt nouum ius re-
præſentationis etiam habere locum in
collateralibus, quantumuis non ita ſit
largum in his, ſcilicet collateralibus
& aſcendentibus, vt eſt in deſcenden-
tibus, in quibus ad pronepotes exten-
ditur. Eſt enim ratio ea, quod in aſcen-
dentibus & collateralibus non ita hæ-
reditas naturali iure prouenit. l. nam
etſi parentibus. de inoſ. teſta. vt in de-
ſcendētibus, vbi ex voto parentum li-
beris omnia debentur. l. ſcripto. Vnde
liberi. Nunc verò de matertera ma-
gna Regina, quæ & ipſa ad hæredita-
tē defuncti admitti poſtulat, eò quòd
& ipſa ſit in quarto gradu æque, ac il-
le amitinus Andreas per tex. in d. §. ſi
vero defunctus neque fratres, vbi cla-
re dicitur, ſi fratres aut eorum liberi
non extent vlteriores cognatos admit
ti ſecundum gradus prærogatiuam, id

eſt, vt viciniores reliquos excludant. Si autem plures in vno inueniantur gradu ſecũdum perſonarum numerum hæreditatem diuidi. Autent. poſt fratres fratrumq;. C. de legit. hæred. Quid igitur obſtabit huic matertera magnæ, quo minus cum Andrea, defuncto Conrado ſuccedat? hoc tamen non obſtante putarem ego dictam materteram excludi per d. Andream, vel ideo, quòd Andreas videtur in matris locum ſuccedere, cum qua eadem eſſe perſona creditur: dicta vero Regina ſororis nomine hæreditatem petit, cui minimè tam arcto vinculo eſt cognata, quàm eſt Andreas matri ſuæ. Quòd autem Andreas ſit propinquior Regina, non reſpectu gradus (ſunt enim ambo in quarto gradu) ſed alterius penitioris propinquitatis, huiuſmodi cõfirmo argumento: certiſsimi eſt iuris,

ris, quòd ſi mater iſtius Andreæ, quæ fuiſſet hæres dicti Conradi, ſuperuixiſſet, & propter iuſtas & neceſſarias cauſas impedita hæreditatem non adiſſet, vt quia forte aduerſa valetudine vel neceſſaria profectione impedita fuiſſet, vel intra tempus deliberationis extitiſſet, vel alieno facto, quo minus adiret, excuſari potuiſſet, quos caſus enumerat Bart. in l. ventre. in 3. col. de acqui. hæred. cognouiſſet tamen in omnem euentum, ſe futuram hæredem, ſane nihilominus ad hunc Andream ſuum filium hæreditatem non aditam tranſmiſiſſet contra tex. in l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. toll. Id quod in hac noſtra matertera magna non habet locum, quæ tametſi vel hic enumeratas vel alias iuſtiores cauſas, quo minus adiuiſſet, eius mater noſtri defuncti auia habuiſſet & cognouiſ-

ſet tamen in omnem euẽtum futuram ſe hæredẽ, nihilominus tamẽ ad ſuam ſororem nunquam tranſmittere potuiſſet hæreditatem non aditam, quia ad hoc vt hæreditatis non aditæ fieri poſſit tranſmiſſio, neceſſe eſt, vt & trãſmittens, & is in quem tranſmittitur, ſit de liberis. glos. eleg. & ſing. in l. vnica. C. de ijs qui ante. ap. tab. Ex quo ſubtili quadam cogitatione colligi poteſt dictum noſtrum Andream ius habere potius ac præſtãtius, quàm habet Regina. Quin & id verum eſt, dictã Reginam reſpectu defuncti Conradi habere tres gradús aſcendentes, vnum deſcendentem tantum. Andream vero noſtrum duos aſcendentes tantum, ac item deſcẽdentes alios duos, ex quo conſequitur deberi potius Andreæ hereditatem, quàm Reginæ. Siquidem certiſſimum eſt hæreditates deſcẽdere potius,

re potius, quàm aſcendere. d. l. nam & ſi parentibus. cum ſimilibus. Hæc habui, Seitentalere, quæ tibi reſponderem, quæ ſi vſui tibi in hoc tuò caſu eſſe poſſunt, boni conſules, ſin minus, amici certè operam, vt ſpero, non improbabis. Lãdeshutæ menſe Octob. Anno M. D. LXIIII.

EPISTOLA VIII. AD STEPHANVM STVRmium LL. Candidatum.

INgenio te, ac animo ad Iuriſprudẽtiæ ſtudium capeſſendum bene alacri, & excitato eſſe, ex epiſtola tua, Sturmi, intellexi, qua modũ ac rationem ſtudẽdi, informationemq́ue à me aliquam requiris. Ego itaque petitioni huic tuæ haud illibenter obtemperaſſem, ſi per ocupationes meas id præ-

ſtare mihi nunc quidem licuiſſet, quod ex vtilitate tua eſſe arbitror. Atqui cũ temporis ratio me abſolutum quid meditari, ac tibi tranſmittere non patiatur, vt aliquam tamẽ meæ in te beneuolentiæ ſignificationem nihilo minus haberes, epiſtolam hanc ad te ſubito exaraui. Et narro tibi, mi Sturmi, cũ ab ineunte ætate ad hoc adoleſcentiæ tuæ iuſtum tempus in liberalibus ſtudijs (ſecundum tex. in l. liberto. §. fi. de annu. lega.) haud infeliciter, ac ita ſis verſatus, vt eo rectius maioribus hiſce ſtudijs incumbere queas, te ſatis commodo, ac legitimo tempore ad hãc ſcientiam perdiſcẽdam acceſſiſſe. In adoleſcentia enim hoc ſtudium inchoandum eſt. l. vnica. §. Et quoniam. ibi dum dicit, adoleſcentiam. C. de ſtud. libera. lib. xj. ab hocq; tempore per reliquum totius vitæ tempus continuandum, reſeruatis

ſeruatis tantum paucis horis in ſeruitium, & honorem Dei collocandis, vt egreg.di.Ioh.Fab.in §.ſed nõ vſque. de lega.vnde, & Bart.di.eum qui 25. annũ exceſſit, non præſumi benè addiſcere.in l.j.C. qui æta.ſe excu.lib.x. Sed & hoc ipſum Imp.noſter quoque innue re videtur in proœmio ſuarum Inſtitutionum, dum ibi eas inſcribit cupidæ iuuentuti.Et id quidem haud immerito, cùm perſpicaciore plerunque ſint ingenio iuuenes, quàm ſenes.l.præcipiunt.de Aedil.edi.Rectiſſiméque adiecit cupidæ, quia vigilantibus non dormientibus iura ſcripta ſunt.vulg.l.pupillus.in fi.quæ in frau.credi.Quare ad ſolidam huius ſtudij perfectionem peruenire cupiens, cupidus ſit neceſſe eſt, nec perfunctorio aut tranſitorio ſtudio vti, ſed vt diligens venator cunctarimari debet. vt di.pulch.glos.in c.2.de verb.

verb.ſigni. in extrauag. Ac ſi quid aſperum, difficile, incognitum, arduúmque occurret, ante quieſcere nõ debes, quàm intelligas, ac ipſam naturam expugnes tuam. glos. in c. ſunt qui. de pœnit. diſt. j. Neque enim exiſtimare debes te totum intelligere, ſi aliquã ignores particulã. vt di. Marti. de Fano. in epiſtola ſua de modo ſtudendi. Nec itaque laborem vllum fugias, ſed ad indagãdum bene ſis ſollicitus. vt di. glos. in c. vnico. de frat. de no. benefi. inueſt. in vſib. feud. ac ita intentus inhæreas vt Bononienſis Carocio ſecundum prouerbium Italicũ, quod refert glos. in l. omnis definitio. de reg. iuris. Inſuper & minutiſsima quæque familiaria tibi facias, & ſubtiliſſima vt ſcias, inueſtiges, ne doctrina tua claudicare dicatur, vt loquitur Zaſius noſter in l. cùm fundus. §. ſeruum.

uū.in pr.ſi cer.peta.aut aliquid eius artis,in qua verſeris ignores.glos.in pragma.ſanctio.c.j.de collat.in verbo,ſciẽtia.Eam vero ad rẽ conſequẽdam multum adiuuaberis, ſi bonis ac peritis te hominibus aſſocies. vt trad. Angel.in §.fi.ad fi.de loca.ac omnẽ mentis intẽtionem eò ſolum, quò pergis, dirigas, vagas cogitationes ac ſtudia lubrica, incertaque linquas. Vagus enim ſcholaris non fit magiſter. d.glos.in l.j.C. de tyro.lib. XII. Porro & inordinata victus ratio, & crapula plurimum obſtat, ac impedit ſtudioſos, vnde di. notab.glos. Scholaris ſatur, nõ ita bene ſtudet, vt ieiunus. in §.Iocundum.in Autent.de Nuptijs. Sed ante omnia aßiduitas & diligẽtia neceſſaria eſt. Eſt enim hæc mater, negligentia vero nouerca doctrinæ c.nihil.83. diſtin. Nec vllum prætermittẽdum tempus,

quo

quo non aliquid ſtudeas exemplo Iu-liani. l. apud Iulianum. de fideicom. liber. nec diſcere erubeſcas etiam ab anniculo. c. ſi habes. circa med. 24. q. 3. c. vlt. & ibi pulch. glos. 38. diſtin. c. de Conſtantinopolitana. & ibi glos. in verb. diſcere. 22. diſtin. Hinc di. alia glos. notab. Scholarem qui parum ſtudet, parum ſcire. in l. vnicuique. C. de proxi. ſacro. ſcrini. lib. XII. Sic Lud. Rom. cùm de hoc quod oporteat eum, qui ſcire cupiat, multum ſtudere collocutus eſſet cum Do. Franciſ. de Murcia collega ſuo viro clariſs. ac quid ipſe feciſſet, interrogaſſet, reſpondiſſe ipſum, ait ſe plurimum ſemper ſtuduiſſe, & maximè noctu ante & poſt prandium, & in prandio, ac millies menſam feciſſe de libris, vt ipſe Lud. refert ſing. ſuo 91. Atqui neque hæc aſsiduitas ſtu-dendi

dendi ſatis eſt, ſed vſus quoque requiritur & exercitatio. Vnde præclare Ioh. Faber, ſcientia, inquit, parum proficit, niſi bene & frequenter negocijs applicetur. in d.§.ſed non vſque.de legat. Quare cùm nondum te exercere poßis, velim te vnum atque alterum induſtrium, ingenioſum atque peritum ſodalem habere, qui cum ſcribendo te ſubinde exerceas, ac ad minus vnam aut duas quæſtiones in hebdomade tractes atque abſoluas. Hoc ego exercitationis genere, quo alter alterum extimulat, vt plurimum ſum vſus, atque mihi profuiſſe intellexi. Id enim quod à me omiſſum fuerat, ab alijs inueſtigatione perquiſitum eſt, & ex diuerſo, quod aliorum non inuenit ſolertia, mea induſtria & indagatione clarum & apertum eſt factum. Multis enim

inqui-

inquirentibus facilius elicitur veritas. c.fi.vbi glos.eſt eleg.20. diſtin. Bart. in addit.ad l.comparationes.C.de fi.inſtru. His adijcio id quoque, quòd nec glorioſus, & inanis gloriæ cupidus eſſe, vt loquitur glos. in l.cùm ea. C. de tranſact.nec omnia proprio attribuere & fidere ingenio aut memoriæ tenacitati aut perſpicaciæ tuæ debeas, ſed in eo ſpem ponas, qui ſcientiarum dominus eſt, in quo ſtant omnes ſcientiæ theſauri abſcōditi, vt piè ac pulch. do.Card. Medio. l. in proœm. Clemēt. & approbat Fran.de Zabarel.in Clē. j.de Magi.Goſed. itidem in.d.Clem.j. & viros doctos in publico docētes audias; ac ita audias, vt quod traditur, intelligas, nec vt quidam faciūt, inter docendum dormias, quos reprehēdit glos.in d.c.ſunt qui. de pœnit. diſtin.j. Sermo enim dum concipitur, cogitatio

in

in mente generatur, vt di. eleg. tex in c. j. 43. diſtin. ac Zenzelinus in d. c. j. itidem do. inſtructionem requiri à voce magiſtra. Et S. Hieronymus, ne ſis, inquit, miles prius quàm tyro, prius magiſter, quàm diſcupulus. Et paulo pòſt, Nec abſque doctore ingrediaris viam quam nunquam ingreſſus es. in c. ſi clericatus. 10. q. j. Licet enim ingeniũ docile ſine magiſtro laudabile ſit, vt di. ex Hyeronimo Andreas de Iſer. in Autent. habita. C. ne fil. pro patre. non omnibus tamen hæc contingit felicitas, vt abſque doctore quiduis rectè intelligant. Vnde quod de audiendis publicis prælectionibus diximus, Pomponius quoque innuere videtur, dum dicit ius conſtare non poſſe, niſi ſit aliquis Iuriſperitus, per quem poßit quotidiè in melius produci. l. 2. §. poſt hoc deinde. de orig. iuris. vnde exclamat

S Paul.

Paul.de Caſt. contra ſcholares non ingrediẽtes ad audiendum lectiones publicas. in l.frater à fratre.de cõdict.indebi. Viua enim vox multũ imprimit, & habet neſcio quid latẽtis energiæ, inquit S.Hiero.in prooem.Biblio.Porro docere alios, ad hoc vt diſcas, plurimũ prodeſt. Vnde in complurimis Italiæ Academijs lecturæ ordinariæ, & extraordinariæ pro ſcholaribns cõſtitutæ ſunt, nõ tam vt doceant ipſi, quàm vt diſcant, de quo pulch. Panor.in c.j. extra. de magiſtris. &c. Præterea cũ memoria hominum ſit labilis. l. iubemus.C.de teſta.c.propterea. 23.diſtin. l.peregre.de acqui.poſſ. eam vt crebro ſtudio conſerues, danda tibi eſt opera. Studium enim facit memoriã.di Lud. Roma.ſing.ſuo 361. & cùm ſæpè fiat, vt locus & tempus plerunque perquirẽdi, & deliberandi nõ ſinat cõſilium.

l.j.in

l. j. in fi. pr. de exer. actio. tibi ſuaſerim, vt enchiridion velut quoddam, & locos communes tibi conficias, in quibus ſi quid pulchrum, vtile vel neceſſarium legeris, videris, audiueriſue, conſignes, ac inde ad vſum communem, vbi opus fuerit, depromas. Multo enim facilius nobis eorum in mentem venit, quæ ipſi ſcripſimus. ar. l. 4. de pigno. & faciet te ſcriptura etiã minimum verbum olfacere. di. Plinius lib. 3. epiſtola 5. Poſtremo id vnum addo, quod trad. glos. in prag. ſanctio. c. j. tit. de collat. ſuper verbo: iuuenibus, & verbo: ſtudio. quod ſtudentibus in iura tria ſint neceſſaria: Natura, exercitium, & diſciplina, & hoc ipſo veluti facta epilogatione quadam omnia, quæ hactenus à me tradita ſunt, repeto, atque concludo. Cùm enim ingenium & naturam in te alacrem

intelligam, requiro nūc ſtudium & exercitationē, quæ ſine diſciplina, id eſt, modeſtia, & rectè viuendi ratione nō bene conſiſtere poſſunt. His ego te, mi Sturmi, quæ non ex meo capite (vt de glos. nihil allegante loquitur Bal. in l. Reſpublica. C. ex quib. cauſ. maio.) ſed ex Bart. Panormit. Azone, Accurſ. Ioh. Andrea. Lud. Rō. Andre. de Iſernia, qui legum Euangeliſta in Regno Siciliæ appellatus eſt, (vt refert Rob. Marā. in 3. part. princip. de ordi. Iudi.) veris ſciētiæ noſtræ luminibus deſumpſi, cōtentum fore arbitror, cùm exactiorem, ac ſpecialem ſtudendi methodum tradere longioris temporis ſit labor, nec mea me idipſum facere ſināt negocia. Vale. Monaci. VI Februarij. Anno M. D. L X V.

EPI-

EPISTOLA IX. AD IVLIVM MICYLlum Iureconſultum.

ERamus nuper in conuiuio quàm plurimi, Micylle, ibi tum facetus quidam ridiculam hiſtoriã nobis narrabat de puella quadam, quæ cùm impregnata eſſet à Sacerdote, id in confeſſione peccatum inter cætera recenſuit, cumq; Sacerdos Confeſſarius quã magnum eſſet dilectum puellæ exprobraſſet, ac inter cætera eam interrogaſſet an nuda cum eo cõcubuiſſet, ex eo quoque exaggeraturus crimẽ, reſpõdiſſe puellam aiebat: non nudam ſe cũ Sacerdote cõcubuiſſe, ſed zonam (ornamentum illud virginitatis, quod teniam appellant) in capite, dum concũberet, habuiſſe. Id quod multis riſum

mouit,ac ortæ ſunt opiniones variæ,an nuda illa iacuiſſet, cumq; variarēt inter conuiuas ſententiæ,reſpōdi ego nudam illam nō fuiſſe.In cuius rei probationem adduxi notab. tex . cum glos . ibi.in c.j. vers . ſacerdos autem. 21. diſtin.vbi di.tex. ſacerdotes filū in capite olim religare ſolitos,cùm nudis omnino capitibus incedere eſſet nefas illis,quæ authoritas totum ſympoſiū delectauit. Hoc ideo ad te ſcripſi, vt eo ipſo comprobarem ſermonē meū, quo volui nuper nihil eſſe, quod non aliquo textu iuris poſsit comprobari, tametſi mirabile ſit,atque inuſitatùm,velut ſi dicas,acetū ex aqua fieri poſſe, de quo eſt glos . in l. venditionis.de contrah . empt.vel lardum non eſſe carnē.de quo eſt tex. & ibi Barto.in l.j.C.de erogat. mili.anno lib.12.ita etiā,cū Bal.eſſet interrogatus à duce Mediolanēſi,an ſciret

ret

ret l.loquētem de veſponibus & muſconibus, qui ſunt in ſegete, reperiſſe eū narrat Lud. Rom. ſing. ſuo. 375. quia ſtudebat, inquiens. Maxime vero id locū habet apud vos aduocatos, qui nimis quam liberales in allegando imperitis ſepe iudicibus fucū ſuis faciunt allegationibus. Sicut de vafro quodā refert Math. Matheſilanus, qui cū ſumma vi cōtenderet aſinum inter beſtias non haberi, neq; tex. ad hoc ſciret, allegauit Rub. de aſinis & beſtijs. C. lib. XII. quæ Rubri. nuſquam eſt gentiū. Ea tamē allegatione imperitum iudicem Montonum nomine vafre decepit. vt idem Matheſ. ſing. ſuo 96. refert. Vale. Aureliæ. Cal. Februarijs. Anno M. D. L X I I.

EPISTOLA X. AD GVOLPHGANG. CHRIſtophorum ab Tauſkirchen in Guetenburg.

In materia Emphyteuſis.

PRimus articulus, in quo tu meum requiris cõſilium, is eſt, an ſcilicet Thomas Lintner ius Emphyteuſis, quod à Theobaldo Ricardo in bonis & fundo Aigelſpechen. iampridem accepit, vendere potuerit Paulo ab Haſlag, & ſatis conſtat poſſe. Hæc eſt enim huius contractus natura, vt ſi cui fundus hoc modo conceſſus eſt, vt nec ipſi, nec hæredibus ipſius, dum pẽſionem & canonem, quem ita vocãt, ſoluit, auferri queat, quòd poſsit illum fundum vẽdere, donare, in dotem dare, vel quocunq; modo alienare.§. adeò

autem.

autem. de loca. & condu. præſertim cùm in hoc primo inſtrumento emphyteutico non inueniam quenquam prohibitum, in quem alienatio fieri nō poſſit. glos. in l. fi. in verbo, vetari. C. de iure emphyt. Nec eſt in huiuſmodi emphyteuticarijs mirandum, cùm etiam vaſallus, qui plus eſt, fundum ſuum alij infeudare poßit. §. ſed etiā. lib. 2. feud. tit. 3. dummodo proprietatis domino ritè denuncietur, & fiat ſine dolo ſecundum l. fi. C. de iure emphyt. vt ſciat dominus proprietatis an cōſenſum præbere, & quid de nouo emphyteuta expectare habeat. Quam denũciationem in caſu noſtro factam eſſe planè perſpicio, cùm videam poſteriores literas à dicto Theobaldo eſſe confirmatas. Similiter potuit etiam fieri tertia vẽditio, cùm idem Theobaldus & ſciuerit, & inſtrumẽtum ſigillauerit, vſq;

adeo vt tametſi prior venditor Thomas de tertia & poſtremà venditione, quæ à Paulo in Vuernherum facta eſt; nihil exploratum habuerit, nihilominus tamen illa valeat. Thomas enim cùm primùm ius ſuum Paulo vendit, omne dominium, atque poſſeſſionem ciuilem & naturalem eo ipſo amiſit. Ex quo conſequitur non illius nunc amplius, ſed directi & proprietarij domini conſenſum requiri. vt no. conclud. glos. in d. l. ſi. C. de iure emphyt. verum cùm hæc non magni ſint momenti, videamus articulum ſecuudum: an ſcilicet verba illa: pro ſe ac hæredibus ſuis, quæ in Thomæ Lintneri primi emptoris inſtrumento poſita ſunt, etiam in poſterioribus duobus locum habeant, hoc eſt, an verba illa ſimiliter etiam

iam intelligantur de Pauli ac Vuern-heri poſteriorum emptorum hæredi-bus æquè ac de hæredibus Thomæ. Ad quod reſpondeo, nequaquam de ijs poſterioribus hæredibus æque in-telligi poſſe ac debere, id quod vel ex ipſis poſteriorum inſtrumento-rum verbis patet, in quibus ex-preſſe dicitur, quod Theobaldus om-ne ius in fundo Aigelſpachen. po-ſterioribus duobus det atque con-firmet ſecundum tenorem literarum, quæ primo emphyteutæ Thomæ Lint-nero ſuper eo fundo datæ ſunt. Cùm igitur primùm cum Thoma pactum hoc in conceſſione emphy-teuſis initum ſit, vt conceſſio ipſi, vxori & hæredibus facta intelliga-tur, potuit quidem cum domini con-ſenſu ſuum ius alij, id eſt, Paulo ven-dere, ſecundum formam d. l. fi. C.

de

de iure emphyt. at plus illi dare, quàm habuit, nõ potuit. reg. vulg. nemo plus iuris, hoc eſt amplius in eo fundo quid iuris vendere non potuit, quam ipſemet Thomas, vxor & hæredes eius exiſtãt. Hæredum autem nomine hoc loco intellige liberos. Siquidem conſtat Thomæ & liberis emphyteuſim conceſſam, vt plerunque alias fieri cir. hũc cõtractum ſolet. ergo de liberis intelligendum non de extraneis, ſicut in feudis, cùm ſimpliciter hæredes nominãtur, intelliguntur ſecundum rei qualitatem maſculi. c. j. §. j. de his qui feud. dare poſs. c. j. §. & ſi clientulus. de alienat. feud. Nec obſtat, quod ipſe Thomas Paulo & hæredibus vendidit, id enim facere potuit, cùm facile contingere poſſit, vt ipſe Paulus ante decederet, quàm Thomas, vxor, & hæredes, ac ita emphyteuſis illa ad vxorem

Pauli

Pauli vel hæredes eius tranſeat, cùm nōdum directo domino ſit aperta extantibus adhuc perſonis, quibus primū conceſſa eſt. Nec obſtat quod forte dici poſſet, poſteriores etiā literas à domino Theobaldo confirmatas, cùm dicatur expreſſe id cōfirmari, quod primis literis contineatur, vt ſuprà quoque dictum eſt. Et ſic poſteriora verba lumen ſumunt & intellectum ex præcedentibus, vt egreg. di. Bal. in l. in emptione. poſt pr. C. plus val. quod agi. &c. Aliàs id abſurdi ſequeretur, ſi de poſterioribus hæredibus etiam intelligerentur, quod prius & poſteriora inſtrumēta eſſent inter ſe cōtraria, quod non eſt admittendum, quia inſtrumētorum verba ſunt intelligenda ne contradicant. vt trad. Soci. con. 9. col. 6. ad fi. & cons. 33. col. 7. vers. circa ſecundum. In ſecundo enim inſtrumēto expreſſe

preſſe dicitur Thomam Paulo ius ſuum vendidiſſe ac tradidiſſe cum omnibus articulis atque clauſulis in ſuo inſtrumento contentis, hoc eſt, quantum citra præiudicium domini directi vẽdere potuerit. Ex quo ſequitur, quòd Thomas non ſolum Paulo, ſed & hæredibus eius vendere potuerit, ſed non perpetuo, aut omnibus Pauli hæredibus, ſed quamdiu ipſe Thomas & hæredes eius fundum poßidere potuiſſent, nec dominium eius fuiſſet domino directo patefactum, hoc eſt, donec is ipſe Thomas & hæredes eius defeciſſent. Aliàs plus vendidiſſet Thomas, quam habuiſſet iuris in fundo. Sed & hoc conſequeretur, quod hoc modo dicta fundi emphyteuſis ad dominum directum nullo vnquam tempore reuerteretur, quod eſt contra intentionem & mentem primæ con-

mæ conceſsionis, quæ facta eſt Thomæ & hæredibus ita, vt illis deficientibus ad dominum proprietatis rediret. Hanc ſane fuiſſe Theobaldi mentem, nemo negare poteſt, de qua cùm ita conſtet, quid eſt quod verba inſtrumentorum aliter intelligimus, ac non potius menti ac intentioni accommodamus? l. 3. C. de lib. præter. cùm potius contrahentium mens inſpici debeat, quàm verborum conceptio. l. fi. C. quæ res pig. obl. poſs. Adde quod huius contractus emphyteutici natura eſt, vt aliquando ad dominum directum redeat, ergo etiam verba iſta ſecundum ſubiectam materiam ita ſtricte intelligi debent, vt ſolum de Lintneri hæredibus dicta cenſeantur, non poſteriorum emptorum, quamdiu exiſterent, de quibus ſi intelligeretur res forte

ad directum dominum nunquam reuerteretur.l.damni infecti quidem. de dam. infect.Bal.in l.2.C.commo. l.ſed ſi poſſeſſori §.ſi iurauero. de iureiu. Nã et ſic iſti poſteriores alijs ſimiliter vẽdere poſſent, & iſti rurſus alijs in infinitum, quæ infinitas vitanda eſt.l.fideideicommiſſa.§.ſi quis alicui.& ibi glos. de leg.3. Hæcque putarem in hoc articulo fundamenta vſurpanda. Porro quòd de vocabulo, ſucceſſores, diſputas, non eſt, quòd ſis ſollicitus, tametſi enim Thomas id poſuerit in literis poſterioribus, nihil aliud tamen potuit ſignificare, quàm hæredes, cùm ſtatim ſubſequatur, omnia intelligenda vt in ſuis literis ſunt comprehẽſa, in quibus de hæredibus fit mentio, nec potuerit plus vendere, quàm habuerit, vt ſuprà eſt probatum l.3.de pigno. Poſtremo quòd ſignificas iſtum poſtremum poſſeſſorem

ſeſſorem Vuernherum non ſolum canonẽ debito tempore non ſoluiſſe, ſed & neglexiſſe ædificia, dubium non eſt, quin ius emphyteuſis amiſerit, & à domino directo expelli poßit, præſertim ſi probari poßit penſionem eũ tribus annis non ſoluiſſe. l. 2. C. de iure emphyt. quantumuis etiam intelligã ex te etiam pacta interceßiſſe, quibus cautum eſt, quo tempore ſoluere penſionem, & quomodo ædificia ſuſtentare debeat, adeo, vt ratione iſtorum pactorum fundo eyci queat, etſi in ſolutione moram non fecerit, aut admonitus nõ ſit à domino directo. Sibi enim ipſe hoc caſu in memoriam reuocare debet, neç ab alio admoneri expectet. d. l. 2. C eo. l. magnam. C. de cõmit. ſtip. Sed & hoc ſciendum eſt, cùm pacta de ſoluendo canone, & ſuſtentandis ædificys facta non ſeruarit, ipſo iure poſ-

ſeßione fundi cecidiſſe, ac dominum proprietarium ius habere propria autoritate fundo eum expellere, vt do. Specul. in tit. de emphiteu. nu. 60. quod adeo eſt verum, vt poßit alium inueſtire ipſo non citato, vt trad. Alex. con. 44. lib. 3. nu. j. & 3. Tutius tamẽ eſſet id fieri authoritate iudicis & ſententiæ. ar. l. ſi cum militi. de compenſ. & eorum quæ notat Porc. in §. Omnis. de verb. oblig. l. quod dicimus. de ſolu. Sic ego opinor de his articulis iudicãdum ſaluo iudicio doctiorum. Monaci. Anno M. D. L X I I I.

EPISTOLA XI.

AD CREDITORES Conradi Zelardi.

In materia doli, & fraudationis creditorum.

CVm allegant i dolum incumbat probatio.

probatio. l. quoties. de probatio. præcipue in cauſâ hac veſtra, vbi manifeſta alienationis fraus probanda venit. l. patronus. de probat. id vt fiat curandum vobis eſt. Cùm itaque in ea re induſtriam requiratis meam, primùm id vobis aſſeuero, ipſum Conradum doloſe & in fraudem creditorum ſua bona filio Leonhardo vendidiſſe, idque ex eo patet, quòd non omnes, imo nec dimidiam quidem partem ſuorum creditorum ad ipſam venditionem citarit, quantumuis ab ipſis Commiſſarijs Principis ad hoc tam ſeuerè ſit admonitus. Qua in re non ipſos vos creditores, ſed & iam dictos Commiſſarios fradulenter decepit. Neq; enim credẽdum eſt, eum ignoraſſe, ſe plures creditores habere, cùm omnes obligationes in ſuam perſonam ſint ſcriptæ. l. quanquam.

ad Velleia.ita vt ignorantia facti alie ni nõ queat excuſari, ſecundum l.fi.in fi.pro ſuo.l.plurimum.cũ glos.de iu. & fa.igno. Sed & cùm duo requirantur ad hoc, vt verus dolus ſit, primùm vt creditores reuera decepti ſint, alterum vt mens & intentio alienantis ita fuerit, vt voluerit decipere.l. ait Prætor.§.j.quæ in fraud.cred.l.2.C. de ſer.pig. dato. ſane hæc ambo in noſtro Conrado alienatore fuiſſe plane conſtat. Nam cùm non tantum in eo manifeſta fraus obſeruetur, qui nouit creditores ſe habere, & omnia ſua alienat bona, ſecundum tex. expreſſum in l. omnes.§. Lucius Titius. quæ in fraud.cred.ſed etiam qui maiorem eorum partem, aut ſaltem precioſiora alienat, vt do. Angel.in l.fi.C.de ſtip. ſeruo.& in l. Marcellus.§. res quæ.ad Trebell. deprehenduntur ſane hæc

omnia

omnia in ipſo Conrado, qui arces ſuas ambas cum pertinẽtijs ſuis alienauit, quæ maxima ſua bona fuerunt. Sed & ex hoc, quod filio ſuo vendidit, dolus arguitur. Inter enim tam coniunctas perſonas facile aliquid fraudulentum & clandeſtinum fieri poſſe iura præſumunt. l. lata. C. de donat. Bal. in l. ſi quis poſthac. §. ſi quid. in j. col. C. de bo. proſcri. eſt tex. in l. fi. C. vbi pup. edu. deb. Id quod præcipue in hoc Conrado locum habet, in quo alijs pluribus ac euidentiſsimis argumentis dolus oſtendi poteſt, ita vt alterum facile adiuuet alterum, & alterum ex altero colligatur, vt eleg. trad. Bart. in l. poſt contractum. in 2. col. de donat. & ibi quoq; Imola & Roma. hoc latius proſequũtur. eſt tex. in l. pen. de bo. libert. Ac quantumuis ſit neceſſe in hac doli probatione, etiam emptorem parti-

cipem eius eſſe, & eum ſcire. l. ait Prætor. §. ſi quis particeps. quæ in frau. cred. ſi tamen cum tam coniuncta perſona, vt hic eſt filius, venditio facta eſt, dolus ipſo iure & per ſe præſumitur. Cuius rei nobis rationem aſsignat Bartolus, dum ait: Sanguinis tam arctam coniunctionem non admittere, vt filius de huiuſmodi rebus paternis non bonam habeat notitiam. in d. l. poſt contractum in 2. col. vbi alleg. l. octaui. vnde cogna. l. de tutela. C. de in inte. reſtit. mino. Qua ex re colligi etiam poteſt, non ſolum patrem Conradum, ſed etiam Leonhardum filium in dolo eſſe. Hinc accedit & illud, quod d. Leonhardus venditionem cum patre inijt ſine conſenſu, & ſcientia, ſi non omnium certè plurimorum creditorum. Quod ſi doli ſuſpicionem euitare voluiſſet, non

fidere

fidere patri, ſed omnes creditores cō-uocare debuiſſet. Hoc enim modo nullius potuiſſet fraudis inſimulari, cùm nemo videatur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt. l. qui autem. §. præterea. quæ in fraud. cred. l. j. in fi. de actio. empti. Sed & probare vos poſſe intelligo, Leonhardum filium à quibuſdam creditoribus admonitum, ne dictas arces à patre emeret, cùm oppignoratæ ſint, vltra quam monitionem cùm emerit, manifeſtiſſimus dolus elicitur, de quo eſt tex. expreſſe, in d. l. ait Prætor. §. ſi quis particeps. Cùm itaque ex his ac ſimilibus argumentis conſtet, vtrunque patrem & filium, venditorē ac emptorem in manifeſto dolo conſtitutos eſſe, aperti eſt iuris d. filium coemptas à patre arces tradere oportere creditoribus deceptis.

Cùm enim pater non potuerit arces ac bona ſua legitime vendere, non potuit filius emptor accipere. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. l.lex.de pigno. Cumq́ue emptoris dolus probatus ſit, minime tenebuntur creditores precium ei reſtituere, de quo tex. habemus expreſſum in l.ſi debitor. quæ in frau.cred. Ipſe enim apud patrem, aut eos, quibus dedit, quærat licet.ſec.l.ex his.ff.eo. Neque vero dictus emptor ad corporalem tantum rei reſtitutionem cogi poteſt, ſed & fructus, qui tempore alienationis fuerunt, & eos quos poſt litis conteſtationem accepit, aut certè accipere potuit, vobis creditoribus reſtituere tenebitur.d.l.ait Prætor.§.per hanc.& l.vlt. §.Proculus ait. quæ in fraud.credi. l.ſi fundus. §. in vendicatione. de pigno. Hoc autem ipſi parum aut nihil proderit,

derit, quod ait: ſe vt minimè emerit realiter, potuiſſe tamen iure congrui retractum dictorum bonorum habere. Negamus enim quod rectè emerit, aut emere potuerit, at cùm emerit inuitis & ignorantibus creditoribus, videat ipſe, quid, à quo, & quibus emerit conditionibus. Sibi nanque imputare debet, quod cum tali contraxit. l. j. §. quæſitum eſt. de ſeparat. Porro neque Commiſſariorum Ducaliū præſentia dolum purgabit, cùm & ipſi fraudulenta machinatione ſint decepti. Quodque amplius prætendit filius, ſe non precij paruitate in emptione dolum commiſiſſe, ſed tale precium obtuliſſe, quale quiſque dediſſet alius. Tametſi enim hoc ita ſit, quod tamen nō omnino concedimus, ſciendum tamen eſt, nō tantum eum in dolo eſſe, qui minus iuſto precium dat, ſed quicunque

 eorum

eorum aliquid committit, quæ ſuprà la tè deduximus, & quod eſt amplius, quicunq; aliquid facit, quo deſinat habere, quod habuit. l. 3. in fi. quæ in frau. cred. Si quid ad dolum probandum reliquum eſt, poterunt procuratores veſtri ex cauſæ circumſtantijs colligere, atq; ad negocij tractationẽ adhibere. Et ſic explicitus eſt articulus iſte de dolo, vt loquitur in ſimili Paulus in l. naturalis. de præſcri. verb. Atqui ſi dolum ex vtraque parte tantopere vrgere non velitis (nam prorſus omittere & reticere non conſuluerim) lenior quædam via (cùm duæ ſint viæ, vt aut contra emptorem agatis actione perſonali, aut perſequamini pignora, ſecundum l. diſtractis. C. de pigno.) iniri poſſet, videlicet vt dictorum caſtorum venditio d. Leõhardo relinqueretur valida, ita tamen,

vt res

vt res cũ onere annexo ad ipſum emptorem tranſiret, cùm vos in d. venditionem non ſolum non conſenſeritis, ſed de ea nequicquam aut parum habueritis exploratum, de quo tex. habemus irrefragabilem. in l. Si debitor. C. de diſtract. pigno. vbi dicunt Impp. cùm creditores tui bona, quæ loco pignoris ſunt, vendiderint, nec tu conſenſeris, bona quidem fiunt emptoris, ſed cũ onere & obligatione annexa. eſt alius tex. in l. ſi conueniret vt nomen. §. ſi fundus. de pigno. vbi ait IC. etſi fundum tuum, qui pignoris loco erat, vendideris, manet tamen ius pignoris, nec poteſt aliter fundus tradi, quàm cum onere annexo. Eſt enim in toto iure notiſſimum, debitorem non modo vendendo, ſed etiam donando, legando, fideicõmittendoue ius creditoris ſui imminuere nõ poſſe. l.

debito-

debitorem.C.de pigno.l.fi.§.Lucius Titius.de donat. ſed ſiunt ſemper huiuſmodi alienationes ſaluo iure debiti, vt loquuntur Impp.in l.ſiquidem.C.de donat.inter vi.& vxo.vt ſi quis in donatione propter nuptias vxori ſuæ fundum daret, qui eſſet hypothecatus, ius certe hypothecæ nõ ſolueretur. l.de rebus.C.de donat. ante nupt. Ideóque etiam alibi dicitur: Etſi vendant creditores bona, quæ pignoris vel hypothecæ nomine obligata ſunt, primam tamen obligationem pignoris vel hypothecæ non ſoluunt.in l.pen.C.de remiſſ.pigno. Ita quoque in ſimili, ſi debitor bona oppignorata in ſolutum tradat, pignoris tamen ius non immutatur.l.4.C.de euictio. In ſumma quæcũque tandem fiat, & quorumcunq; bonorum alienatio, dominium eorum nõ niſi cũ onere annexo transferri poteſt,

idque

idq́; toto iure ciuili ita habet, vt loquitur I C. in l. alienatio. de cõtrah. emptio. & eſt id quoque iure cano. fundatum, vt eſt tex. in c. ex literis. in fi. cũ glos. ibi. extra. de pigno. Quòd autem nõ negat, nec negare poteſt d. Leonhardus emptor, ſibi bona illa cum onere tradita eſſe, ſeq́ue hoc modo accepiſſe, ſed plus quam 10. mille aureos vltra precium erogaſſe, ac creditoribus ſoluiſſe, prout iactat ſe obligationes eorũ cancellatas habere, petere vos creditores poteſtis, qui nã illi creditores ſint, quæ obligationes, ac ſi ita eſſet, noua in eo fraus argui poſſet, aut ſaltem craſſiſſima negligentia, quòd aliquibus & nõ omnibus creditoribus ſolutionẽ feciſſet. Id quod nec ipſo iure locum habere poteſt. Cùm enim Conradi patris bona vendita ſint, & filio Leonhardo iam tradita, & ab eo iam poſſeſſa, non pot

tui-

tuit amplius gratificatio locum habe-re, ſed oportuit omnibus, & ſingulis vobis denunciationem rite fieri. Poſtquam enim bona debitoris vendita ac tradita ſunt, omnium creditorum conditio parificata eſt, ita vt nullus veſtrum prærogatiuam vllam habere queat, ſed vnuſquiſque ſuam portionem quærere poteſt ac debet. eſt eleg. tex. in l. qui autem. §. ſciendum eſt. quæ in fraud. cred. l. ſi non expedierit. §. j. de bo. auth. iudi. poßid. Hoc ipſum in iure optimè fundatum eſt. Scient itaque veſtri procuratores in cauſæ progreſſu in eo fundamentum ponere. De eo quod X II. Auguſti proxime actum eſt, mihi nihil conſtat, ad eam rem procuratores veſtri reſpondebunt. Vltimo quòd Leonhardus de matris ſuæ bonis opponit, quæ ſecun-
dum

dum hypothecæ prærogatiuam quærere intendit, ad hoc facile poteſt ex verbis ipſius reſponderi, dum dicit idem ipſe, ſe iam pridem ei iuri renunciaſſe. Si itaque renunciauit, non modo non prior erit hypotheca, ſed ne cum alijs creditoribus quidem petere quid poteſt. Sibi enim imputet inquiunt ll. ſi lucrari potuit, & non fecit. l. j. C. de ſer. côm. manu. l. ſi fundum. de fun. dota. l. fi. §. pen. C. de iure delib. l. 4. §. pen. de fid. liber. In puncto, quæ intereſſe tangit, poteſt negocium ad probationem venire. Sed & ad reliqua reſponderi poſſet, veluti cùm dicit agros, prata, fundum, oppignorata fuiſſe, quorum vſusfructus iuſtum intereſſe excedat. Nam vt hoc maxime ſit, cogitandum eſt, laborem & culturam adhibendum eſſe,

item

item & fieri poſſe, vt fructus non reſpondeant laboribus, & ſic iuſtum intereſſe non adimpleretur, & ſic hoc caſu mutuator à debitore nihil amplius requirere poſſet.l.pen. C.de ſolut.l. ſi ea pactione.l.ſi oleo.C.de vſuris. Accedit quod acceſſiones ex ijs rebus, quæ pondere, menſura & munero conſtant, debeantur etiam ex nudo pacto.d.l. ſi oleo. & l.frumenti C. de vſur. Hæc habui, quæ vobis petentibus in hoc veſtro negocio conſulerem, procuratores veſtri, ſi quid reliquum eſt, curabunt. Ingolſtadij. Anno M.D.LXII.

EPISTOLA XII. AD CASPARVM MACRVM Iureconſultum.

EX literis tuis, quas proximè Aichæ ad me dediſti, mi frater, intellexi,

tellexi, te eius ſcripti, quod à te nuper poſtulaueram, copiam nõ habere. Ideoque ego tuam ea de re excuſationem merito, & libenter accipio. Verum quod ad id ſpectat, quod ioco ad te ſcripſeram proxime, me filiolam meã filio tuo, ſi quem interea vxor tibi peperiſſet tua, eſſe traditurum, Marcumq́ue Schællenbergium noſtrum familiarẽ itidem per iocum & ludum miratũ fuiſſe, me id ſcripſiſſe, cũ non ignoret fratres nos eſſe, ac duorum fratrum filios ita coniungi minime poſſe, ita habeto, me nequaq̃ ignorare, patrueles & conſobrinos matrimonio cõiungi haud poſſe, quia fratrũ & ſororũ loco illi ſunt. l.j.§.quarto gradu.de grad.& affini.§. quarto gradu. Inſtit. eo. vſq; adeo vt à teſtimonio etiam non aliter ac fratres & ſorores remoueantur, vt do. Azo in ſumma.C.de teſtib.ſed fratrũ duorũ

filios ac filias, nuptias celebrare haud-quaquam impediri, cùm non tantum is frater dicatur, qui ex eodem patre aut matre mihi eſt progenitus, ſed qui-cunque fraterna charitate diligitur. l. nemo dubitat. de hæredib. inſtituend. Quem tex. Schællenbergius forte no-ſter tum, cùm hoc ad te locutus eſt, nõ conſiderauit. Vale mi frater, & ſæ-pius ad me ſcribe. Monaci. III. Aprilis. Anno M. D. L X V.

EPISTOLARVM IVRIDICArum, quæ conſiliorum vice eſſe poſſunt, Liber quartus.

AVTHORE IOHAN. AVRpachio Iuriſconſulto.

EPISTOLA I. AD GVOLPH. CHRISTOpho. ab Taufkirchen in Gutnburg.

In materia donationis cauſa mortis.

CVM quidam familiaris tuus ante annũ plus minus vxorẽ duxerit, facta eſt ea ex ipſo grauida, cumque prope partum eſſet, maritus neceſ-

 ſitate

ſitate quadam ineuitabili peregre proficiſci coactus eſt, quæ res cùm parturientem valde angeret, pia in maritum affectione mota, literas propria manu conſcripſit, quibus teſtatum relinquere voluit, ſi forte accideret, vt ipſa abſente marito (tempus enim partus non procul erat) mortem oppeteret, dimidiæ dotis vſusfructus apud maritum per dies vitæ ſuæ maneret, Quæſiuiſti à me Chriſtophore, an hæ literæ ſufficiant ad hoc, vt maritus ille vſumfructum retineat, vel alia requiratur confirmatio. Qua de re capita quædam congeſsi, quibus de iure probatum exiſtimo, literas huiuſmodi ſufficere, eaque nunc ad te mitto. Primũ enim haud dubito, quin mulier illa per haſce literas marito ſuo mortis cauſa donationem facere voluerit. Dicitur enim talis donatio, quæ fit propter

mortis

mortis ſuſpicionem. §.j. de donat. quæ ſuſpicio in paturiente facile præſumi poteſt. In partu enim dolor eſt & gemitus, & in doloribus paries, inquit tex. in c.j.5.diſtin. vere itaq; hic in mortis periculo datum, & mortalitatis cogitatione relictum & per conſequens mortis cauſa donationem eſſe factam intelligi debet. l. mortis cauſa capitur. §. ſed & dos. de do. cauſa mortis. præſertim vero cùm in literis id quoque diſerte expreſſerit, dum ait, ſi contingeret, vt abſente illo moreretur &c. id quoque etſi expreſſum non ſit, tamen huiuſmodi mortis cauſa donatio facta intelligeretur. Nam quicquid propter mortem alicuius obuenit, mortis cauſa capitur. l. qui precio. & l. inter mortis. ff. eo. Quare cùm ſatis conſtet hanc planè eſſe mortis cauſa donationem, videamus oportet an talẽ

donationem vxor familiaris tui facere potuerit, & præcipue per literas manu ſua conſcriptas. Ac ſane tametſi donationes aliæ inter coniuges prohibitæ ſint, ne mutuo ſe inuicem amore ſpoliarent. l.j. de do. inter vi. & vxo. mortis tamen cauſa facta donatio inter eos minime prohibita eſt, ita vt etiam Falcidia in ea habeat locum. l. vbi ita. cum glos. ibi. ff. eo. Eſtque hoc adeo verum, vt tametſi, cùm mortis ſimpliciter ſit mentio, ſemper intelligatur naturalis. Bart. & Dd. in l. is qui reus. nu. 8. de pub. iudi. idem in repet. Autēt. ingreſſi. nu. 40. C. de ſacroſ. eccleſ. glos. & Angelus in §. diſtrahūtur. Aut. de nup. Archid. Card. & Ioh. And. in c. ſi Epiſcopus. de ſup. prælat. negli. in 6. Dynus in l. cū pater. §. hæreditatis. de leg. 2. ſi tamē maritus mortis cauſa donat

vxo-

vxori, & ipſe deportationē patiatur, cōfirmari ſolet donatio, tanquā ſi mortuo marito rata habeatur, ita eleg. di. Vlp. in l. ſed ſi mors. in pr. de do. inter vi. & vxo. Vrget quod Decius trad. cōſ. 196. Incip. caſu propoſito. nu. 2. lib. j. quod ſi ius municipale habeat, quòd maritus non poßit legare vxori vltra quartam, nō habeat locum in donatione cauſa mortis. Porro & tū maxime habet locum hæc donatio, cùm iuſtiſſimus periculi metus ſubeſt, vt eſt in caſu noſtro. ar. l. habitatores. §. fi. loca. quamuis alij & rectius ſentiāt, etiam exiſtimationem ſufficere, vt quis ſe putet moriturum. l. pen. ff. eo. ſola ſcilicet ex humana ſorte deſumpta cogitatione, vt eleg. loquitur Paulus in l. ſenatus. §. j. ff. eo. cùm mors inopinata veniat. glos. in §. illud quoque. in verbo, anguſtiatus. Autēt. de tri. & ſemiſ.

eorum aliquid committit, quæ ſuprà latè deduximus, & quod eſt amplius, quicunq; aliquid facit, quo deſinat habere, quod habuit. l. 3. in fi. quæ in frau. cred. Si quid ad dolum probandum reliquum eſt, poterunt procuratores veſtri ex cauſæ circumſtantijs colligere, atq; ad negocij tractationẽ adhibere. Et ſic explicitus eſt articulus iſte de dolo, vt loquitur in ſimili Paulus in l. naturalis. de præſcri. verb. Atqui ſi dolum ex vtraque parte tantopere vrgere non velitis (nam prorſus omittere & reticere non conſuluerim) lenior quædam via (cùm duæ ſint viæ, vt aut contra emptorem agatis actione perſonali, aut perſequamini pignora, ſecundum l. diſtractis. C. de pigno.) iniri poſſet, videlicet vt dictorum caſtorum venditio d. Leõhardo relinqueretur valida, ita tamen,

vt res

vt res cũ onere annexo ad ipſum emptorem tranſiret, cùm vos in d. venditionem non ſolum non conſenſeritis, ſed de ea nequicquam aut parum habueritis exploratum, de quo tex. habemus irrefragabilem. in l. Si debitor. C. de diſtract. pigno. vbi dicunt Impp. cùm creditores tui bona, quæ loco pignoris ſunt, vendiderint, nec tu conſenſeris, bona quidem fiunt emptoris, ſed cũ onere & obligatione annexa. eſt alius tex. in l. ſi conueniret vt nomen. §. ſi fundus. de pigno. vbi ait IC. etſi fundum tuum, qui pignoris loco erat, vendideris, manet tamen ius pignoris, nec poteſt aliter fundus tradi, quàm cum onere annexo. Eſt enim in toto iure notiſſimum, debitorem non modo vendendo, ſed etiam donando, legando, fideicõmittendoue ius creditoris ſui imminuere nõ poſſe. l.

debito-

debitorem.C.de pigno.l.fi.§.Lucius Titius.de donat. ſed fiunt ſemper huiuſmodi alienationes ſaluo iure debiti, vt loquuntur Impp.in l.ſiquidem.C.de donat.inter vi.& vxo.vt ſi quis in donatione propter nuptias vxori ſuæ fundum daret, qui eſſet hypothecatus, ius certe hypothecæ nõ ſolueretur. l.de rebus.C.de donat. ante nupt. Ideóque etiam alibi dicitur: Etſi vendant creditores bona, quæ pignoris vel hypothecæ nomine obligata ſunt, primam tamen obligationem pignoris vel hypothecæ non ſoluunt.in l.pen. C. de remiſſ.pigno. Ita quoque in ſimili, ſi debitor bona oppignorata in ſolutum tradat, pignoris tamen ius non immutatur.l.4.C.de euictio. In ſumma quæcũque tandem fiat, & quorumcunq; bonorum alienatio, dominium eorum nõ niſi cũ onere annexo transferri poteſt,

idque

idq́; toto iure ciuili ita habet, vt loquitur I C. in l. alienatio. de cōtrah. emptio. & eſt id quoque iure cano. fundatum, vt eſt tex. in c.. ex literis. in fi. cũ glos. ibi. extra. de pigno. Quòd autem nō negat, nec negare poteſt d. Leonhardus emptor, ſibi bona illa cum onere tradita eſſe, ſeq́ue hoc modo accepiſſe, ſed plus quam 10. mille aureos vltra precium erogaſſe, ac creditoribus ſoluiſſe, prout iactat ſe obligationes eorũ cancellatas habere, petere vos creditores poteſtis, qui nã illi creditores ſint, quæ obligationes, ac ſi ita eſſet, noua in eo fraus argui poſſet, aut ſaltem craſſiſſima negligentia, quòd aliquibus & nō omnibus creditoribus ſolutionẽ feciſſet. Id quod nec ipſo iure locum habere poteſt. Cùm enim Conradi patris bona vendita ſint, & filio Leonhardo iam tradita, & ab eo iam poſſeſſa, non pottui-

tuit amplius gratificatio locum habere, ſed oportuit omnibus, & ſingulis vobis denunciationem rite fieri. Poſtquam enim bona debitoris vendita ac tradita ſunt, omnium creditorum conditio parificata eſt, ita vt nullus veſtrum prærogatiuam vllam habere queat, ſed vnuſquiſque ſuam portionem quærere poteſt ac debet. eſt eleg. tex. in l. qui autem. §. ſciendum eſt. quæ in fraud. cred. l. ſi non expedierit. §. j. de bo. auth. iudi. poſſid. Hoc ipſum in iure optimè fundatum eſt. Scient itaque veſtri procuratores in cauſæ progreſſu in eo fundamentum ponere. De eo quod X II. Auguſti proxime actum eſt, mihi nihil conſtat, ad eam rem procuratores veſtri reſpondebunt. Vltimo quòd Leonhardus de matris ſuæ bonis opponit, quæ ſecundum

dum hypothecæ prærogatiuam quæ-rere intendit, ad hoc facile poteſt ex verbis ipſius reſponderi, dum dicit idem ipſe, ſe iam pridem ei iuri re-nunciaſſe. Si itaque renunciauit, non modo non prior erit hypothe-ca, ſed ne cum alijs creditoribus qui-dem petere quid poteſt. Sibi enim imputet inquiunt ll. ſi lucrari po-tuit, & non fecit. l. j. C. de ſer. côm. manu. l. ſi fundum. de fun. dota. l. ſi. §. pen. C. de iure delib. l. 4. §. pen. de fid. liber. In puncto, quæ intereſſe tangit, poteſt negocium ad probationem venire. Sed & ad reliqua reſponderi poſſet, veluti cùm dicit agros, prata, fundum, oppigno-rata fuiſſe, quorum vſusfructus iu-ſtum intereſſe excedat. Nam vt hoc maxime ſit, cogitandum eſt, labo-rem & culturam adhibendum eſſe,

item

tellexi, te eius ſcripti, quod à te nuper poſtulaueram, copiam nõ habere. Ideoque ego tuam ea de re excuſationem meritò, & libenter accipio. Verum quod ad id ſpectat, quod ioco ad te ſcripſeram proxime, me filiolam meã filio tuo, ſi quem interea vxor tibi peperiſſet tua, eſſe traditurum, Marcumque Schællenbergium noſtrum familiarẽ itidem per iocum & ludum miratũ fuiſſe, me id ſcripſiſſe, cũ non ignoret fratres nos eſſe, ac duorum fratrum filios ita coniungi minime poſſe, ita habeto, me nequaꝗ ignorare, patrueles & conſobrinos matrimonio cõiungi haud poſſe, quia fratrũ & ſororũ loco illi ſunt. l. j. §. quarto gradu. de grad. & affini. §. quarto gradu. Inſtit. eo. vſq; adeo vt à teſtimonio etiam non aliter ac fratres & ſorores remoueantur, vt do. Azo in ſumma. C. de teſtib. ſed fratrũ duorũ

filios ac filias, nuptias celebrare haud- quaquam impediri, cùm non tantum is frater dicatur, qui ex eodem patre aut matre mihi eſt progenitus, ſed qui- cunque fraterna charitate diligitur. l. nemo dubitat. de hæredib. inſtituend. Quem tex. Schællenbergius forte no- ſter tum, cùm hoc ad te locutus eſt, nō conſiderauit. Vale mi frater, & ſæ- pius ad me ſcribe. Monaci. III. Aprilis. Anno M. D. L X V.

EPISTOLARVM IVRIDICArum, quæ conſiliorum vice eſſe poſſunt, Liber quartus.

AVTHORE IOHAN. AVRpachio Iuriſconſulto.

EPISTOLA I. AD GVOLPH. CHRISTOpho. ab Taufkirchen in Gutnburg.

In materia donationis cauſa mortis.

CVM quidam familiaris tuus ante annũ plus minus vxorẽ duxerit, facta eſt ea ex ipſo grauida, cumq́ue prope partum eſſet, maritus neceſ-

 ſitate

mortis ſuſpicionem. §.j. de donat. quæ ſuſpicio in paturiente facile præſumi poteſt. In partu enim dolor eſt & gemitus, & in doloribus paries, inquit tex. in c.j.5. diſtin. vere itaq; hîc in mortis periculo datum, & mortalitatis cogitatione relictum & per conſequens mortis cauſa donationem eſſe factam intelligi debet. l. mortis cauſa capitur. §. ſed & dos. de do. cauſa mortis. præſertim vero cùm in literis id quoque diſerte expreſſerit, dum ait, ſi contingeret, vt abſente illo moreretur &c. id quoque etſi expreſſum non ſit, tamen huiuſmodi mortis cauſa donatio facta intelligeretur. Nam quicquid propter mortem alicuius obuenit, mortis cauſa capitur. l. qui precio. & l. inter mortis. ff. eo. Quare cùm ſatis conſtet hanc planè eſſe mortis cauſa donationem, videamus oportet an talē

donationem vxor familiaris tui facere potuerit, & præcipue per literas manu ſua conſcriptas. Ac ſane tametſi donationes aliæ inter coniuges prohibitæ ſint, ne mutuo ſe inuicem amore ſpoliarent. l.j. de do. inter vi. & vxo. mortis tamen cauſa facta donatio inter eos minime prohibita eſt, ita vt etiam Falcidia in ea habeat locum. l. vbi ita. cum glos. ibi. ff. eo. Eſtque hoc adeo verum, vt tametſi, cùm mortis ſimpliciter ſit mentio, ſemper intelligatur naturalis: Bart. & Dd. in l. is qui reus. nu. 8. de pub. iudi. idem in repet. Autēt. ingreſſi. nu. 40. C. de ſacroſ. eccleſ. glos. & Angelus in §. diſtrahūtur. Aut. de nup. Archid. Card. & Ioh. And. in c. ſi Epiſcopus. de ſup. prelat. negli. in 6. Dynus in l. cū pater. §. hæreditatis. de leg. 2. ſi tamē maritus mortis cauſa donat

vxo-

vxori, & ipſe deportationẽ patiatur, cõfirmari ſolet donatio, tanquã ſi mortuo marito rata habeatur, ita eleg. di. Vlp. in l. ſed ſi mors. in pr. de do. inter vi. & vxo. Vrget quod Decius trad. cõſ. 196. Incip. caſu propoſito. nu. 2. lib. j. quod ſi ius municipale habeat, quòd maritus non poßit legare vxori vltra quartam, nõ habeat locum in donatione cauſa mortis. Porro & tũ maxime habet locum hæc donatio, cùm iuſtiſſimus periculi metus ſubeſt, vt eſt in caſu noſtro. ar. l. habitatores. §. fi. loca. quamuis alij & rectius ſentiãt, etiam exiſtimationem ſufficere, vt quis ſe putet moriturum. l. pen. ff. eo. ſola ſcilicet ex humana ſorte deſumpta cogitatione, vt eleg. loquitur Paulus in l. ſenatus. §. j. ff. eo. cùm mors inopinata veniat. glos. in §. illud quoque. in verbo, anguſtiatus. Autẽt. de tri. & ſemiſ.

Sed & ratione ſuaderi poteſt mortis cauſa factam donationem non ita, vt cæteras donationes inter cõiuges prohibitas eſſe debere, quia iam ceſſat conſideratio illius mutui amoris ſpoliati, quæ poſt mortem fieri non poteſt. Mors enim omnia ſoluit. §. deinceps. Autẽt. de nuptijs. cui accedit, quod etiam filiusfam. qui teſtamentum facere non poteſt, nihilominus donare mortis cauſa non prohibetur. l. tam is. ff. eo. Quod itaque plus eſt hanc familiaris tui vxorem, nec amplius in patris poteſtate eſſe, ac ideo etiam aliam potuiſſe facere donationem conſtat. l. 3. C. de do. inter vi. & vxo. præcipue cũ liberi prioris matrimonij ſuam legitimam, & plus quam eam nihilominus habeant, vt nec Falcidia locum ſibi vendicet. l. 2. vbi caſus noſter expreſſe habetur. C. eo. de do. cauſa mort. Satis

tis

tis itaque nunc conſtare arbitror, donationem cauſa mortis hanc donatricem noſtram facere iure potuiſſe, ſolũ reſtat videre, an ea per literas propria manu conſcriptas facta ſufficiat. Et ego quin ſufficiat, minimè omnium dubito, cùm etiam ſimplex donatio, ſi vel epiſtola, vel nuncius interueniat, valeat. l. etiam. de donat. l. ſi donatio. l. ſi aliquid. C. de donat. hæc autem, quæ mortis cauſa fit longè magis ſit priuilegiata, & multo citius concedatur & permittatur fieri, quàm illa, per ea, quæ ſuprà deduximus. Id autẽ quod de epiſtola vel propria ſcriptura diximus habet locum, & procedit nõ tantum in vſufructu per mortis cauſa donationem relicto, verum etiam ſi quis rem ipſam, velut debitum, aut ſimile quid alicui ſe mortis cauſa donare ſcribat, de quo eſt caſus expreſſus

 in l.

in l. auunculo. ff. eo. Nec enim actis indiget mortis cauſa donatio, nec publicarum perſonarum præſentia, nec ideò quod ei geſta non acceſſerunt, inefficax atque inutilis videtur, vt eleg. trad. Imp. in l. fi. C. eo. Sed & alio argumento hoc noſtrum propoſitum doceri poteſt. Nam mortis cauſa donatio etſi ſapiat naturam vltimæ voluntatis. d. l. fi. C. eo. plus tamen accedit ad naturam contractus, quàm vltimæ volūtatis, ad quod communiter allegatur glos. & ibi Bart. in l. 2. in pr. in verbo, legatum. de dote præleg. at conſtat vnumquenq; in cōtractibus ex propria ſcriptura ſemper obligari, de quo pulch. habes exemplum in l. fideiuſſor. §. j. de pigno. præcipue cū hic negari nō poßit ab ipſa donatrice literas eſſe ſcriptas. Sic enim abſque dubio in caſu noſtro proba-

probabunt & ſufficient, quia habent cauſam annexam, id eſt, mortis cauſa factam donationem indicant, vt pulch. do. Bart. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab. idem in Autent. at ſi contractus. C. de fi. inſtru. ergo etiam in mortis cauſa donatione. &c. nec poterunt hæredes huius donatricis vſumfructum per talem ſcripturam relictum repetere, ſed doli mali exceptione remouentur. d l. fideiuſſor. & l. mortis cauſa capimus. §. Titia. ff. eo. de do. cauſa mortis. Et ſic conſultationi tuæ ſatis reſponſum eſſe arbitror. Vale. Monaci. Pridie Cal. Ianua. Anno M. D. L X I I I I.

EPI-

EPISTOLA II. AD SEBASTIANVM Pfersfelderum Decanum.

In materia matrimoniali.

QVòd heri me interrogaueras, Reuerende ac nobilis mi Domine Decane, an familiaris tuus vxoris ſuæ præmortuæ conſobrinam vel ſororem patruelem ducere poſsit, reſponditum, quæ opinio eſſet mea, obiter, at nunc facio id hoc epiſtolio tutius ac rectius, et narro tibi huiuſmodi coniunctionem iure fieri non poſſe. Nam quemadmodum proprias conſobrinas vel ſorores patrueles, aut amitinas ducere non poſſumus, quia ſunt ſororum loco (non aliter enim ac ſorores à teſtimonio remouentur, vt do Azo in ſumma. C. de teſtib.) & quarto ſunt nobis

nobis gradu coniuncti.l.j.§. quarto gradu.de grad.& affi.§.quarto gradu.Inſtit.eo.ita etiam nec vxoris conſobrinam poſſumus nobis copulare. Aeque enim (ait tex.) à cõſanguineis vxoris abſtinendum eſt, ac proprijs.in c.j.extra de conſang. & affi.c. de propinquis.35.q.3.ratio eſt, quod maritus & vxor ſunt vna caro c.2.35.q.10.vnum corpus, & vna anima.c.2.31.q.2.Item maritus & vxor ſunt vna perſona. c. debitum. de biga.ſed & pars viri eſt vxor. glos. in c. ſtudeat. in verbo, & ſui.50.diſtin. Id quod etiam ius ciuile conſiderauit, dum dicitur, viri & vxoris mixtã & quaſi vnam & eandem eſſe familiam.in l.j.§.ſi vir.ad Syl- la.Ex his & ſimilibus rationibus propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, vt loquitur tex.in c.vlt.35.q.3.& naturalem verecundiam introduxit ius canonicum,

nonicum, vt non poſsit maritus vel vxor præmortui coniugis conſanguineis aliter coniungi, quàm proprijs. c. nullum. & c. æqualiter. 35. q. 3. quod vſque adeo eſt verum, vt tametſi quis cum puella ſponſalia contraxerit, & poſtea compertum fuerit eum cum puellæ conſanguinea huiuſmodi rem habuiſſe, illi ſponſæ amplius copulari non poſsit. c. 2. de conſang. & affi. Per huiuſmodi enim cum propinqua ſponſæ habitam conſuetudinem diſſoluuntur ſponſalia. c. 2. & c. ex literis. extra. de eo qui conſang. &c. Nam de iure cano. tantum per carnis commiſtionem contrahitur affinitas. glos. d. c. nullum. adeo vt ſecundum Apoſtoli dictum, qui adhæret meretrici, vnum corpus cum ea efficiatur, quod refert Archid. in d. c. nullum.

Quòd

Quòd autem dixi ſuprà etiam ſponſalia contracta propter propinquæ commiſtionem diſſolui, verum eſt per ſuprà allegata, at ſi matrimonium iam contractum & conſummatum eſſet, minimè diſſolui putarem, idque etiam in eo caſu, de quo tu me conſuluiſti, locum habere poſſe minimè dubitarem, præſertim ſi perſonæ ſint tales, propter quas ſi diſſoluerentur, facilè ſcandalum orire tur. de quo eſt tex. eleg. in c. quia circa. de conſang. & affi. & in d. c. de propinquis. vbi expreſſe dicitur affines coniugum in quinto gradu coniungi poſſe, in quarto gradu ſi fuerint inuenti, non debere ſeparari. Cuius rei ratio etiam poteſt ex iure ciuili repeti, quod & ipſum tradit, multa fieri non permitti, quæ facta tolerentur. l. patre furioſo. de

his

his qui ſunt ſui. vel al. iuris. cui adſtipulatur tex. in c. dilectus filius. extra. de ſponſal. c. neque furioſus. 32. q. 2. Hæc ego mi clariſſ. Domine Decane habui, quæ nunc pro temporis breuitate latius ad tuam conſultationem reſpondere volui, quo de eo, quod proximè obiter & addubitans reſponderam, certiorem haberes notitiam, & teſtimonia clariora. Ea vero vt boni conſulas, te oro. Vale ac me ama. Ex noſtro domicilio. Monaci. Pridie Natalis Domini. Anno M. D. LXIIII.

EPI-

EPISTOLA III. AD GVOLPH. CHRISTOpho. ab Tauſkirchen in Gutnburg.

In materia teſtamentariorum.

NArraſti mihi nuper Chriſtophore, Sacellanum Imp. teſtamenmentum condidiſſe, ac in eo teſtamentarios ſiue excutores tres feciſſe, Claudium, Valerium & Flaccum, iiſque ſingulis centum aureos legaſſe, inter cætera vero de Claudio ſic cauiſſe, vt ſi forte contingeret ipſum ante mori, quàm teſtamentum exequeretur, centum illi aurei legati nihilominus hæredibus eius ſoluerentur. Atqui euenit, vt non Claudius, ſed Flaccus ante moreretur, quàm teſtamenti executio facta eſſet, eamque ob rem tametſi

de eo non ita, vt de Claudio, à teſtatore cautum eſſet, nihilo tamen minus hæredes eius legatum petere. Qua de re cũ tu me cõſulueris, pro eo, ac debeo, tibi morem gero, ac video hîc in cõtrouerſia poni primùm, an mortuo Flacco reliqui duo nihilominus exequantur, vel tertius illis adiungendus ſit, item an centũ aurei Flacco legati ſuperſtitibus duobus executoribus accreſcãt, vel dentur, ſi forte adiungantur tertio, vel maneant hæredum teſtatoris, aut ſint Flacci hæredibus munerandi. Quod itaque primum eſt, ſcire te non dubito, quòd ſi teſtamentum quis fecerit, & executorem, cuius voluntate & arbitrio relicta diſtribuantur, nominauerit, qui morte præuentus non ſit executus, relictum tamen manere, & voluntatem relinquentis exequendam eſſe. l. turpia. §. j. & 2. de leg. j. l.

hæc

hæc ſcriptura .in pr. de condit.& demon.eſt in ar.c.cùm dilecti. de dol. & contu.& c.vlt.de reſtit.ſpol.Quomodo autem, & per quem ſit in hoc caſu facienda executio, videamus, & opinabar primum, vel Iudicem competentem, vel Epiſcopum illius loci, qui aliàs in talibus rebus diſponere ſolent, & poſſunt.l.hæreditas. in fi.de petit. hæred.Imol.in c.nos quidem .de teſta. Archid.in c.Sylueſter.11.q.j.in præmortui huius locum alium ſubſtituum fuiſſe, ad inſtar tutorũ defunctorũ l.j. cũ ſeq. C. in quibus . caſ.hab . tuto.aut ipſummet Epiſcopum in executionis officio ſucceſſurum, cùm generaliter aliàs de iure ſuccedat vnicuique non exequenti voluntatem defuncti. l. nulli . C. de Epiſ.& cleri.c.tua.de teſta.§.ſi quis autem pro redemptione. Autent. de Eccleſ.titul.præſertim verò cùm non ſit

adiecta illa clauſula: ſi non omnes poſſint aut velint, reliqui nihilominus exequantur. c. prudentiã. §. adijcimus. c. vno. de offi. deleg. Sed & hoc mihi ſcrupulum inijciebat, defuncti huius Flacci hæredes in locum ſuccedere, & officium eius adimplere debere, atque ad hoc etiam cogi poſſe. l. cùm vnus. in pr. l. à filio. in pr. l. alimenta. in pr. de ali. lega. vt eſt in ſimili in hæredibus ſocij; nam & hi tenentur, quæ per defunctum inchoata ſunt, explicare. l. hæres ſocij. pro ſocio. Item & in hæredibus tutoris. l. ſi tutoris hæres. de admi. tuto. verum re attentius conſiderata, & inſpecta teſtatoris noſtri præſumpta mẽte, haud exiſtimarem, quæ de Epiſcopo, & Flacci hæredibus iam à nobis dicta ſunt, in caſu noſtro locum habere. Cùm enim ſuperſtites duo Claudius & Valerius æquè poſſint defun-

defuncti voluntati ſatisfacere, ac ſi tertius ille viueret, nec ſit factum in teſtamento tam ſtrictum mandatum, vt non niſi tres illi ſimul exequi poßint, haud puto Epiſcopum vel Iudicem competentem vel adiuncturos tertium, vel ipſoſmet ſimul executores, cùm in teſtamentis ſit accipienda facilior & benignior interpretatio.c.cùm dilectus.de donat.l.j.C.de ſacroſ.Eccleſ.c.indicante. de teſta.maximè ne voluntas teſtatoris im pediatur, aut nimium differatur, de quo eſt irrefragabilis tex.in c.fi.de teſta.in 6.niſi forte negligentes aut ſuſpecti eſſent iſti duo, tunc enim vel Epiſcopus, vel Iudex competens partes ſuas interponerent, & vel ipſi executionem facerent, vel adiungerent tertium.c.3.de teſta. & haberent ea quæ ſuprà deduxi, locum. De hæredibus vero Flac-

ro Flacci, vt dictum eſt, quod ipſi in locum defuncti ſuccedere poſtulāt, multo minus cōuenit, cùm amicitia & induſtria in hoc Flacco ſit electa, quæ in hæredibus ita conſiderari non poteſt. l.fi.in pr.de verb.oblig.c.fi.cir.fi.de of-fi.delega. l. mandatum.in fi. manda.l. actionem.§.morte.pro ſocio. niſi forte iam cœpiſſet Flaccus cum reliquis exe cutionem facere. Sic enim quod à defuncto inchoatum eſſet, explicare cogi poſſunt hæredes.d.l.hæres ſocij.l.nā & Seruius.de neg.geſt.l.ſi mandauero.§.fi.māda. dummodo ſint legitimæ ætatis, ſtatus & cōditionis iſti hæredes, vt do.glos.in d.l. hæres ſocij.eſt tex.in ar.opt.in l.cuius bonis.de curat. furio.Cùm autē horū nihil ſit, nec quicquam ſpeciale vel vlla pars executionis Flacco mādata ſit, ſed coniunctim illos tres defunctus executores fece-

rit,

rit, vno certè mortuo officiũ exequẽdi reliquis accreſcit, argumento vſufructuariorum.l.j.in pr.de vſuf.accreſ.eſt tex.in ipſis noſtris terminis.in c.2.de teſta.in 6. Quò referendum & id eſt, quod Specul.trad.tit.de fi.inſtru. in Rub.de vlt.vol.excut.col.20.vers.52. quòd ſi plures ſint executores, quorũ vnus nõ adſit, qui tamen vocatus iuſto commodóque tempore expectatus nõ veniat, valebit proceſſus executionis præſentium & maioris partis. tex.in c.quod ſicut.cir.fi.pr.de elect. & c. quia propter.in pr.eo tit. Nunc ergo cùm probatum ſit ſatis, nec adiungi tertium, nec hæredes in locum defuncti Flacci ſuccedere, ſed duos ſuperſtites executionis officium adimplere debere, inquirendum nobis poſtremo eſt cui centum aurei, qui Flacco legati fuerant, attribuantur. Et ego exiſti-

 marem,

marem eos planè apud hæredes teſtatoris manere. Flacci enim hæredes petere eos non poſſunt, cũ non ſuccedant in officio executionis propter quod relicti erant Flacco. Beneficium enim hoc erat propter officium c. eos. 81. diſt. c. j. quæ ſit pri. cauſa bene. amit. Huc etiam accedit, quod defuncti voluntas ex eo præſumi poteſt, quòd Claudio ſolum cauit. Si enim Flacco etiam ſic conſultum voluiſſet, expreßiſſet vtique. l. vnica. §. ſin autem. infi. vbi tex. eſt in terminis ſimillimis valde elegans. C. de cad. tollen. ar. c. ad audientiam. de deci. c. 2. de tranſlat. prælat. glos. not. in Clem. j. in verbo, ſentẽtias. de re iudica. vide Guido. Papam. deciſio. 390. Superſtites verè executores Claudius, & Valerius poſſunt quidem pro ſe allegare, cùm officiũ illis defuncti Flacci accreſcat, vt eſt tex. vltra

ea,

ea, quæ ſuprà allegaui apertiſſ.in c.fi. in fi.de teſta.in 6.trad. Angel.in.l.Imperatores. §. ſi magiſtratus. de appellat.debere etiam illis accreſcere legatum ei relictum, vt cùm ſentiãt onus, commodo quoque fruantur.l. id quod. de peri.& commo.rei vendi. cum vulgaribus. Eo tamen non obſtante certò tibi perſuadeas, eos quoque centum illa non recepturos. Quam ad rem confirmandam allego tibi tex. & quod ibi trad. Bart.in l. 2. C. *de legatio.lib.* 10.*quod ſi plures legati ſint, ac vnus obeat, alter vero legationem expediat, valet quidem quod actum eſt. Angel.in addit. ad Bart. in d.l.*2. *ſalariũ tamen decedentis non ei accreſcit, niſi ſint diuerſa & diſtincta officia, aut negocia ipſorum. Hoc enim caſu ſi defuncti alterius legati negocium exe cutus ſit alter, cùm duplex officium*

 habeat,

habeat, & vicem duorum obtineat, duplex quoque ſalarium accipere poteſt.ar.l.binos.C.de aduo. diuer. iudicio.Id quod in noſtris executoribus nō ita eſt.Simpliciter enim & vniuerſaliter executores ordinati ſunt, nec cuiquã data eſt in teſtamento vlla peculiaris adminiſtratio. Sed & eo ipſo remoueri poſſunt, quod vnicuique aliàs centum legati ſunt, nec eſt huiuſmodi executio, officium, aut tale munus, ob quod ſalarium detur, ſed amicitia, & induſtria potius eligitur, vt ſuprà dictum eſt. Ac ſi planè nihil, aut ſaltem modicum legatum eſſet, nihilominus tamen voluntatem defuncti exequi cogerentur, vt innuit Bart. in l. alio hærede.nu.2. de ali.lega.cùm pium ſit hoc, & gratuitum officiũ, per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Ac ideo ſatis eis eſſe debet, quod ſua centum habeant.l. tu-

tores.

tores.§.j.in fi. de admi.tuto. l. ex aſſe. ad Trebell. Et ſic puto, te pro eo, quod me interrogaſti, ſatis certum futurũ. Plura enim me temporis ratio non ſinit nunc ſcribere. Vale. Monaci. Cal. Ianua. Anno M.D.LXV.

EPISTOLA IIII. AD CANCELLArium virum præſtantiſsimum.

In materia renunciationis.

QVamuis in præſenti hac & ardua cauſa omnia per te, clariſs. Domine Cãcellarie, ita acurate, ita ad vnguẽ cõſiderata ſunt & tractata, vt quid vlterius adferre poßim, vix perſpiciã, tamen cũ ab eo ſim admonitus, qui imperare mihi poſſet, volui verbis quàm breuißimis ſymbolum atq; adeo iudicium

iudicium meum tenue quidem illud, ſed tamen ſyncerum addere, ne iuſta petenti ſubruſtico pudore obrutus per ſtolidam timiditatem repugnare videar. Quod itaque ſpectat ad quæſt. primam, an ſcilicet filiæ iſtæ, quæ rite antecedente iuramento paternæ & maternæ hæreditati renũciauerant, ex teſtamento matris capere poßint, prima quidem fronte & mihi videbatur, eas nihil capere poſſe, eò quòd exiſtimabam à matre in fraudem legis factum eſſe, quæ illas hæredes feciſſet, quas ſciebat iampridem de ipſi nõ ſuccedendo iuraſſe. Videbã enim id quod ipſis vna via erat prohibitum, per aliam permitti. contra tex. expreß. in l. quæritur. de bo. libert. nõ. elegans glos. in c. quanto amplius. de priuileg. glos. melior in c. 5. de procurat. de quo axiomate pulchrum exemplũ proponit Lu

do. Ro-

do.Roma.ſing.ſuo.621. de ſpurio, qui à patre adoptari non poteſt, quia per viam adoptionis patri ſuccedere poſſet, cùm aliàs generaliter prohibeatur. l. legem. C. de natur. lib. §. & vos latuit. in Autent. quib. mo. nat. effi. legit. quæ iura ibi alle. Lud. ne dicam de iuramenti viribus, quæ aliàs in iure validiſsimæ ſunt, & multa contra iuris communis regulas confirmant, quæ non minus perpendi atque conſiderari debent, quàm hoc matris factum teſtamentum. Id quod exemplis quibuſdam probabimus. Certi enim eſt iuris res minoris alienari prohibitum eſſe. l. j. de rebus. eo &c. ſi tamen iuramentum accedat, confirmari ſolet alienatio. Autent. ſacramenta. C. ſi aduer. vēdi. ſic fundi dotalis alienatio prohibita eſt. l. vnica. §. cùm lex. C. de rei vxo. actio. prohibet enim alienationem lex

Iulia.

Iulia.tot.tit.de fundo dota.per mulieris tamẽ iuramentũ confirmari ſolet. c.2. de iureiu.in 6. Itẽ iuramenti tanta eſt virtus, vt rei iudicatæ autoritatem habeat. vt do.glos. in l. ſed ſi poſſeſſori.§.fi.de iureiu. Ac ne ſim prolixior, habet hanc vim mirabilem iuramentum quod facit actum valere, prout valere poteſt melius, vt trad. Matheſil.ſing.ſuo.56.alle.l.cùm pater.§.filius matrem.de leg.2. & ibi di.hoc tenere Bart.nec eſſe alibi.Verum & vires iuramẽti infringerentur, & violaretur eiuſdẽ religio, ſi per matris inſtitutionem iſtæ filiæ ad eã hæreditatem peruenirent, cui paulò ante per iuramentum renunciauerint. Neque verò obijcere poſſunt caſum, quo mater nõ teſtaretur, cùm in renunciatione de eo non cogitarint. Iurans autem præmeditatus & deliberatus accedere ad

actum

actum præſumitur, ſuper quo iurat, vt no. Archid. in c. quamuis. de pact. in 6. & decla. Ant. de But. c. ſi diligenti. 7. col. vers. fallit. j. de foro compet. Ex his itaque videretur per præd. iuramentum filias nihil capere poſſe, per l. j. C. de hæred. inſtit. His tamen non obſtantibus, tecum concludimus dictas filias ad matris hæreditatem admitti debere non obſtante renunciatione. Nam per id quod plus eſt, ſi dictæ filiæ renũciaſſent maternæ hæreditati tam ex teſtamento, quã ab inteſtato, nihilominus tamẽ ſuccederẽt, ſi à matre ſint inſtitutæ, quia mater inſtituendo cenſetur remittere iuramentum, & pactum, vt trad. Iaſon. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. in 6. & 7. col. de verb. obli. quò referri poteſt & id. quod alicubi trad. Socinus, quòd ſi filia accepta dote vel

per

per renunciationē, vel ſtatutū excluſa ſit à paterna hæreditate, & pater inſtituat maſculos, & filiā illam in dote, quod poßit illa filia agere ad dotem ex teſtamento, ſi minorem acceperit dotem legitima. con. 30.13. & 14. col. lib. j. neque vero obſtant ea, quæ de viribus iuramenti, & eiuſdem religione adduxi, quia in huiuſmodi renunciationis cauſa, & matris ſucceßione nec infringuntur vires iuramenti, nec eius violatur religio, cùm iſta renunciatio non fuerit facta ſimpliciter, hoc eſt, quod omnino, id eſt, omnibus caſibus nolint ſuccedere filiæ, ſed inſunt ſemper huiuſmodi renunciationibus tacitæ conditiones, vtpote quod ob maſculorum fauorem renuncient, id quod præſumitur, vt no. Alex. con. 29. lib. 3. & quòd ſi morerentur maſculi vel aliàs non extarent vel non naſcā-

tur,

tur, ſuccedant ar.l. quod ſeruus. cum ibi not.de condi.ob cauſam.ita te.Bal. in l.pactum dotali. vers. quarto quæro.C.de collat.In ſimili itaque hic intelligi poteſt, & excipi caſus debet, ſi ſcilicet mater eas inſtitueret, cùm filiæ iurantes non poßint matri liberam teſtandi facultatem auferre. l.j.C.de ſacroſ. Eccle. Nec obſtat quod dictum eſt altera via permitti &c. quia id dicitur de vna & eadem re, hîc vero nõ eſt idem ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedere, quia alterum excludit alterum. Alex.conſil.168. nu.6.lib.7. Quin & poſſunt multa fieri per indirectum, quæ per directum non fiunt. §.conſentaneum. quib.mo. tol. obli. Item multa directo prohibentur, quæ permittuntur in conſequentiam l.nõnunquam de condit. & demon. Nec obeſt caſus, quòd velint ſuccedere, ſi

 mater

mater inſtitueret, quia hoc eſſet aut præſcribere matri teſtandi modum, aut hæredes faciendi poteſtatem adimere. Et hæc de primo puncto. Circa ſecundum quia tu clariſs. Cancellarie ad vnguem omnia tractaſti, non immoror, cùm ex eo ſolo, quod hæreditas non adita non tranſmittatur, conſtet teſtatricem filiorum hæreditatem legare non potuiſſe, præſertim cùm in viuis nullo verbo vnquam petierit. Nec allegare poſſunt filiæ vllam neceſsitatem, qua retardata teſtatrix filiorum hæreditatem petere non potuerit. l. ſi quis in graui. §. ſi. cum l. ſeq. ad Syllani. Sed & ad hoc vt non aditæ hæreditatis tranſmiſsio fiat, opus eſt tranſmittentem eſſe de liberis, & eum in quē ſit tranſmiſsio, quod nō eſt hic, ergo &c. ita no. eleg. glos. in l. vnica. C. de ijs quæ an. aper. tab. Vltimo nō

omitto

omitto vnum, quòd exiſtimarem di-
ctàm renunciationem factam à teſta-
trice noſtra eſſe ſimpliciter validám
ſine iuramento. per tex. in l.j. vers. ſi
parens. ſi à pa. quis manu. fue. Quod e-
nim ibi dicitur patrem accepta pecu-
nia, vel etiam quod alioqui ſatis eſt, fi-
lij iudicium inquietare non poſſe, idem
putarem habere locum in noſtra hac
teſtatrice, quæ ſecundum pactum nu-
ptiale à filijs eſt contentata, vt in actis
refertur. Sed & ratione ſuaderi po-
teſt, iſtam matris renunciationem nõ
ita habere opus iuramento, vt filia-
rum, quia non ita debetur naturali iu-
re parentibus filiorum hæreditas, vt
parentum liberis. vulg. l. nam etſi pa-
rentibus. in pri. de inof. teſta. l. ſcripto.
in fi. vnde liberi. Landeshutæ. Anno
M.D. L X I I I.

EPISTOLA V. AD GVOLPH. CHRISTOpho. ab Taufkirchen in Gutnburg.

In materia legatorum.

SAcellanus Imp. Ferdinandi teſtamentum fecerat, in quo præter legata alia plurima Eccleſiæ cuidam centum aureos ſcripſerat, vt in ea quotannis certo die ſacra celebrarentur. Atqui poſtea neſcio quare motus epiſtolam ſcripſit ad affinem tuum, qui ab ipſo executor illius teſtamenti conſtitutus fuerat, qua ſignificat ſe velle, vt illis centum aureis libri vtiles ac theologici coemerentur, qui apud dictam Eccleſiam in vtilitatem communem eccleſiaſticarum perſonarum ibi perpetuo manerent, ſacráque illa inter-

intermitterentur. Mortuo vero illo Sacellano teſtatore, cùm teſtamentum apertum eſſet, petierunt illius Eccleſiæ Præpoſiti legatum vigore teſtamenti, affinis autem tuus epiſtolam produxit, qua mutatum teſtatoris animum probauit. Hac de re quid ſtatuendum eſſet, cùm dubitares, ac me conſuleres nuper non vacabat tum reſpondere, nunc vero tibi ſignifico, legatum illud ſecundum vltimam teſtatoris voluntatem exequendum eſſe, præſertim cùm ea expreſſa, ac per epiſtolam ſit declarata, cùm etiam aliàs, ſi materia, velut aurum, legata ſit, & ea in formam veluti poculum mutetur, nihilominus tamen legatum debeatur, ſi conſtet voluntatem teſtatoris, qui materiam legauerat, non eſſe mutatan. l. ſeruum filij. § . ſi pocula. & ibi Bart. de leg. j. vſque adeo in

legatis diſtribuendis voluntas defuncti conſiderari ſolet, qua etiam nuda reuocari legata Vlp. trad. in l. 3. ad fi. de adi. lega. ſicut & fideicommiſſa ſolent. tex. expreſ: in l. ſi iure. de leg. 3. item & tacita, velut ſi vxori quis ſuæ leget, & ea ante obitum diuertat, ademptum ſanè legatum cenſebitur, etſi nihil dicat maritus, qui legauit. l. 3. de au. leg. Neque enim præſumi poteſt maritus vxori, quæ iam diuertit, aliquid dare velle, non aliter atque mortuæ. l. 2. de auro. leg. Huc refero pulchrum exemplum, velut ſi quis ſeruos in teſtamento manumittat, & iis leget alimenta, cumque hæredes in adeunda hæreditate moram faciant, debentur alimenta ſecundum voluntatem defuncti à tempore mortis teſtatoris, non à die hæreditatis aditæ. l. filiumfamilias. §.

as. §. fi. quando dies lega. ced. Ac ne quis affini tuo obycere poſſit, quemadmodum vnumquodq; compoſitum eſt, ita debere diſſolui, ſecun. vulg. iuris reg. ideoque cùm legatum per ſolenne teſtamentum relictum ſit, non poſſe per epiſtolam, quæ minus ſolennis eſt, reuocari vel mutari, velut eſt receptum in hæredis inſtitutione, quæ reuocari non poteſt, niſi per æquè ſolennem voluntatem, quæ eſt facta. l. 2. de iniuſto teſta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſta. habes caſum noſtrum diſertis verbis expreſſum in glos. d. l. 3. §. fi. in verbo: nuda. de adi. lega. quæ verba quia clara ſunt, huc libuit adſcribere, legata (inquit Azo gloſſator) reuocantur contraria voluntate expreſſa, etiam non ſolenni, hæredis vero inſtitutio (quia magis quàm legata ſolennis eſt)

non ita reuocatur, ſed requiritur factum defuncti &c. ex quibus vel ſolis verbis caſus hic noſter deciſus eſſe poteſt. Ac ſanè, vt maxime verum eſſet, quòd legata non niſi æquè ſolenni voluntate reuocarentur, non tamen haberet id locum in legato ad pias cauſas facto. Pia enim cauſa facit, vt pluribus caſibus diſcedatur à iuris communis diſpoſitione, inquit Bal. in. l. j. C. de ſacroſ. Eccleſ. fa. c. relatum. cum ibi nota. de teſta. Sed & diſpoſitio ad pias cauſas eſt æquè priuilegiata, ac diſpoſitio inter liberos, vt do. Bart. in d. l. j. C. de ſacroſ. Eccleſ. atqui ſi quis primùm in teſtamento ſolenni extraneum inſtituiſſet hæredem, ac poſtea reuocaturus diſpoſitionem illam, inſtitueret aliquem ex liberis, aut qui alioqui veniret ab inteſtato, voluntate haudquaquam ita ſolenni, valeret

tamen

tamen inſtitutio, ac primum teſtamentum rumperetur. l. 2. de iniuſto teſta. l. hac conſultiſsima. C. de teſta. Ergo etiam legatum noſtrum per epiſtolam immutatum valebit, cùm non reuocatum, ſed tantum mutatum ſit, & quidem ex vna cauſa pia in aliam piam, ita vt quaſi non reuocatum aut mutatum dici poſſe videatur, cùm perinde ſit aliquid fieri, aut fieri ſimile. l. ſi manda. c. ideo. cum glos. ibi. 30. diſtin. ac in ſymbolizantibus facile fiat tranſitus, vt loquitur Bal. in c. j. §. ſi vero. qual. olim feud. al. &c. aliàs certè ſi non in aliam piam cauſam mutatum eſſet, valde dubitarem, ne non fauore piæ cauſæ potius prior maneat legantis voluntas rata, quàm per epiſtolam minus ſolenniter in non piam mutetur. Quod vt credam mouet me tex. in l. legatum ciuitati. de vſuf. lega. &

quod ibi di. Bart. Quod ſi in memoriã defuncti legatum ſit aliquid pro ſacris celebrandis, & ea ſacra non licita ibi ſunt celebrari, legatum nõ corruit, ſed in alium ſimilem vſum conuerti debet. Sicut nullum legatũ ad pias cauſas ſit caducum, ſed ſi ad vnũ pium vſum non poteſt aptari, ſumitur ad alium. vt do. idem Bart. in d. l. legatum ciuitati. & Abb. in con. 27. lib. j. Cùm ergo hic ex vna cauſa pia mutata in aliam piã ſit ab ipſo teſtatore voluntas, ſtari ei debet, nec poteſt ab executoribus, vel alio quoquã variari. l. j. C. de ſacroſ. Eccleſ. Eſt enim ambulatoria volũtas defuncti ad extremũ vſq; ſpiritum. l. 4. de adi. legat. Et ſic habes Chriſtophore, quid conſilij affini tuo communices. Vale. Monaci. XIII. Ianua. Anno M. D. L X V.

EPISTOLA VI.

AD CHRISTOphorum Roſarium.

In materia tranſactionis.

NOn eſt, quod vereare, ne tranſactio, quæ proximè inter te atque colonum tuum facta eſt, tibi incõmodum pariat. Cùm enim difficulter tuus ille colonus tecũ eſſe poſsit, tranſactũ eſt, vt tu illi pro mobilibus omnibus ducentos aureos ſolueres, ac is fundo decedat tuo. Atqui cùm agri ab ipſo colono conſiti ſint, tu illi pro vnoquoque iugo dares ſex frumenti modios poſt fructuum tandem collectionem. Cùm itaque frumenti ſit dictum, fruſtra times, ne pro auena,

qua

qua agros nonnullos conſeuit, ſiliginem vel triticum à te rectè petere poßit, ſiq; vt metuis, nihilominus frumentum poſſet petere, tametſi vi maiore omnes illi per colonum conſiti agri exinaniti fuerint, aut fortè ille non fideliter conſeuiſſet, fruſtra itidem adiectum eſſet: Poſt fructuum tandem collectionem, id quod dicendum non eſt, confirmo id authoritate tex. & glos. in l. Firmio. prope fi. in verbo. initio. quando dies leg. ced. not. pulch. Lud. Roma. ſing. ſuo 384. Ob id enim tu illi frumentum illud in tranſactione vt dares, pactum eſt, quod agri ab illo conſiti fuerunt. Quare nec aliam frumenti ſpeciem, quàm ab eo ſata eſt, vel eam ante cogeris dare, quàm perceperis, ac ſi nihil perceperis, vel percipere potueris, dici non poteſt, ad quicquam

te illi

te illi teneri. l. interdum. de verb. obli. Quantumuis enim tranſactio ita habeat, quòd tu illi pro iugo conſito tot modios dare debeas, ineſt tamen hæc tacita conditio, ſi creuerit, ſi perceperis ex illis agris conſitis, ideoq́; tametſi poſt perceptionem fructuum non eſſet adiectum, ante tamē ei ad quicquam præſtandum non tenereris, quàm perceperis, quia antè non eſt nata actio. l. j. de condit. & demon. vt in ſimili de actione tutelæ glos. di. in l. ſi tutor reipub. in fi. de tutel. & rat. diſtrah. Ac ita ſolutus hac cura eſſe potes. Vale. Monaci. Anno M. D. L X I I I I.

EPI-

EPISTOLA VII. AD GVOLPH. CHRISTOpho. ab Tauſkirchen in Gutnburg.

In materia ſucceſsionis.

T. & P. coniuges deceſſerunt relictis hæredibus filio E. & filia F. defuncto poſtea E. tota hæreditas deuoluta eſt ad ſororem eius F. quæ & ipſa poſtea ſine liberis & inteſtata deceſsit. Reliquit autem ſuperſtites auunculum M. qui ei in tertio gradu eſt coniunctus, poſtea reliquit amitæ ſuæ liberos filium C. & filiam A. qui ſunt defunctæ F. in quarto gradu coniuncti. Auunculus M. vt vno gradu prior bonorum poſſeſsionem ſolus tanquam legitimus, & proximus hæres petijt. Amitini C. & A. loco matris ſuæ V. ſimiliter

militer petunt, allegant maxime id quod màxima bonorum pars defunctæ aduenerint à ſuo patre T. non à matre P. Quare cùm dictus M. non ſit ex familia T. à quo bona proueniunt, ſed ſit frater ipſius P. putant ea bona merito remanere debere apud dictos C. & A. qui ſunt ex familia T. Bona autem P. vxoris T. volunt dicti C. & A. libenter & ſine difficultate reſtituere M. fratri dictæ P. Quæritur quid iuris? Primùm conſtat in hoc caſu, ſi alia pacta non interuenerunt, dictam hæreditatem ad M. ſpectare, cùm vno gradu quam C. & A. ſit vicinior. ſecun. tex. apert. in Autent. de hæred. ab inteſtato. §. ſi vero neque fratres aut ſorores, eorumue liberos reliquerit, omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocari, ſecundum vniuſcuiuſq; gradus

gradus prærogatiuam, id eſt, vt viciniores gradu reliquis præferantur. Atqui conſtat dictam F. nec aſcendentes aut deſcendentes, nec fratres, nec ſorores, eorum earumue liberos reliquiſſe. Vnde conſtat proximum à latere, cognatum vocari, qui eſt illi M. in tertio gradu coniunctus, & reliquos C. & A. qui ſunt in quarto, excludit vigore tex. hîc allegati. Et habet iſte M. d. tex. & ius pro ſe tanquam regulam, contra quam non facilè quid allegari aut attentari poteſt. Nam qui habet regulam pro ſe, habet fundatam intentionem, & ſi quis dicat caſum excipi, tenetur eum probare, de quo eſt glos. ordi. in reg. j. in 6. fa. not. in l. omnis definitio. de reg. iuris. fa. tex. in c. venerabilis. vers. poteſt quoque. de ſententia excom. in 6. Bart. in l. quoties. qui ſatiſd. cog. Bal. in c. j. in 2. col. de

alie.

alie. iudi. mut. cauſa fa. fa. Abb. in c. cum R. vt lit. non conteſta. Cùm itaque d. M. pro ſe ius ſcriptum & regulam habeat, parum vt opinor obtinebunt C. & A. niſi forte pacta alia, tranſactiones, vel alias iuſtas exceptiones, de quibus mihi nihil conſtat allegare poſſint. Regulæ enim tamdiu ſtatur, donec probetur limitatio. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6. not. Bart. & Dd. in l. ex quacunque. ſi quis in ius voca. non ierit. Cùm itaque dicatur d. bona, de quibus controuerſia eſt à fratre E. ad d. F. hæreditario iure & titulo perueniſſe, certè ipſius propria fuerũt, quia hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, ſed bona propria. de quo eſt glos. not. in l. j. §. veteres. de acqui. hæred. glos. in l. hæres per ſeruum. de acqui. hæ. tex. Inſtit. quib. ex cauſ. ma. non lic. in fi. pr. ſubſequitur certi

iuris eſſe non extantibus deſcenden-tibus, aſcendētibus, fratribus, eorum-que liberis proximum gradu cogna-tum vocari. d. §. ſi vero neque fratres. Autent. poſt fratres fratrumq; filios. C. de legit. hæred. Nec id iuuabit d. C. & A. quod dicunt ſe ex familia patris F. eſſe. M. vero à matre venire, quia hodie in huiuſmodi caſibus ſublata eſt ſexus differentia, eodemq; modo com-putantur materni atque paterni co-gnati, dummodo ſint pares gradu, ita vt auunculus cum patruo ſuccedat æ-qualiter, vel cum amita. Si his pares ſunt, ergo auunculus proximior eſt amitinis, aut materteræ liberis, cùm ſublata ſit hodie omnis differentia a-gnationis & cognationis, & ſola in talibus ſpectetur cognatio. d. §. ſi vero neque fratres. & Autent. poſt fratres. Cùm igitur videam omnia iura eſſe

pro

pro d.M.melius hoc tempore conſule-re non poſſum, quàm vt cautè cum eo agatur, quod ad aliquam tranſactio-nem eum promouere poßint C. & A. cùm ei in memoriam reuocent, quòd maior bonorum pars à patre T. non à matre, eius ſorore M. proueniant. Ve-rùm ſi hoc non ſuccederet, iſque ſuum ius perſequi vellet obijciendum foret d.C. & A. vnà cum ipſo M. ad ſucceſ-ſionem vocari iure repræſentationis, hoc eſt, in locum matris ſuæ V. repo-ni, quæ d.F. tam fuerit proxima, quàm d. M. cumque res eò veniret, ſucce-derent cum M. in ſtirpem, id eſt, tan-tum acciperent, ſi plures ſint, quan-tum eorum accepiſſet mater, ſi ſu-perſtes fuiſſet. §. ſi vero defunctus neque deſcendentes. in Autent. de hæ-red. ab inteſt. nec obſtat quod C. & A. ſint ex ſorore, & ſic à fœminea linea,

cùm hodie paternis & maternis cognatis æquales portiones competant excluſa ſexus differentia, vt eſt ſuprà dictum, dummodo pari ſint gradu. Au tent. defuncto. C. ad Tertul. Id quod iure veteri aliter habebat, quod abrogatum eſt. l. patruo. C. de leg. hæred. Atqui ſi obijceretur forte ius repræſentationis non habere locum in collateralium ſucceſſione, ſed tantum in ſuc ceſſione deſcendentium, reſponderi poteſt, & in illa ſucceſſione locum habere, quantumuis non tam latè, quia in deſcendentibus extenditur ad pronepotes vſque, ita vt nõ tantum filius patrem repræſentet, ſed & nepos auum, pronepos proauum. In collateralibus vero tãtum filius patrem vel ma trem repræſentat. Cuius rei ratio facile reddi poteſt, quia in aſcendentibus & collateralibus non ita naturali

iure

iure hæreditas debetur.l. nam etſi parentibus.de inof.teſta.vt in deſcendentibus, vbi ex voto parentum omnia liberis debentur.l.ſcripto. vnde liberi. Cùm plura in cauſa non habeam exploratam, cætera committo reliquis procuratoribus & aduocatis tuis. Vale. Landeshutæ. Anno M.D.LXII.

EPISTOLA VIII. AD QVENDAM AMICUM.

In materia vſusfructus legati.

SIgnificaſti mihi, amice chariſs. fratri tuo Carolo ab auunculo veſtro agrorum quorũdam vſumfructum teſtamento eſſe relictum, ipſumque teſtatorem ante ſeſquiannum mortem obijſſe: hæredem autem eius, quamuis ſit præſens nec cauſam dubitandi,

aut morandi habere videatur, hactenus hæreditatem non adiiſſe, nec an breui aditurus ſit, conſtare. Quare id damnum fratri tuo expectandum eſſe, vt ſi breui non adeatur hæreditas, agri illi inculti, inconſitique iaceant, nec poſſit ille hoc anno vſufructu legato frui. Cùm itaque hac in re quid faciendum ſit dubites, ac me fratris tui nomine conſulas, cælare te nõ poſſum, legatorum quidem eam eſſe naturam, vt à morte teſtatoris dies eorum cedat. l. vnica. §. j. in fi. & §. in nouiſſimo. C. de cad. tollen. l. j. quando di. leg. ced. in vſufructu tamen aliter habet, qui etiam purè relictus ante aditam hæreditatem, vt nec vſus, & habitatio peti poteſt. l. 2. quando di. leg. ced. Idcirco duo hæc fratri tuo conſideranda eſſe video. Primùm vt diligenter inquirat, an hæres auunculi veſtri, à quo

ipſi

ipſi agrorum illorum vſusfructus relictus eſt, in fraudem legati huius moretur, aut libenter hæreditatem adire, quo vſusfructus percipi non poſsit, cunctetur. Nam ſi id ſe probare poſſe intelligat, ſecurus erit. Cogetur enim hæres illi hoc damnum non percepti vſusfructus præſtare. l. ſi vſusfructus legatus. in pr. l. quæſitum. & glos. ibi. in l. ſi pendentes. in pr. de vſufru. Cuius rei nobis pulchrum exemplum tradit Martianus Iurisconſultus de ancilla, quæ manumitti ſit rogata. Si enim ſtudio hæredis ſit factum, vtpote quod adire cunctatus ſit hæreditatem, quo minus partus ex eo fieret liber, & ipſa ante pariat, quàm manumiſſa ſit, partum liberum naſci tradit in l. ſi quis rogatus. de fidei com. liber. Alterum eſt, vt ſi dolum

talem probare non poſsit, ſed videat hæredem in aditione moram facere, ipſemet agros illos colat, conſerat. Nam hoc facere poteſt, ne damnum, quod metuit, pati cogatur. Quia verba illa relicti vſusfructus cùm ſint directa in tuum fratrem, ius illius vſus fructus legatum cenſetur, vt docet Bart. in l. fundi. de vſuf. lega. Sed tamen cautus eſſe in hoc caſu debet, vt non aliter faciat, quàm conſeruandi ſui iuris cauſa, ac de eo ſi colere ac conſerere agros velit, proteſtetur, vt do. eleg. Bal. in l. vnica. §. libertatibus. vers. excepto. C. de cad. tollen. Aliàs enim ſi propria auctoritate legatum, & cum vitio accipiat, etiam poſt aditam hæreditatem legatarius perdit actionem de legato ſibi relicto. l. non eſt dubium. C. de lega. fa. quod in terminis noſtris trad. idem Bal.

Bal.in l.j. C. de vſuf. quod legatum vſusfructus debeat accipi per manus hæredis à legatario. Item Alex. de Imol.in conſi.58.lib.3.nu.9. Et hoc modo te puto, quid agendum ſit fratri tuo quàm rectiſsime intelligere. Vale. Monaci. Calend. Februarÿs. Anno M. D. L X V.

EPISTOLA IX.
AD CASPARVM Macrum Iureconſultum.

R Elatum eſt mihi nuper, cùm quidam dominus famulum ſuū multoties deſidiæ ac ignauiæ arguiſſet, qui tamen nec mores emendaret ſuos, nec ad bonam frugem rediret, tandem illi dominum interminatum eſſe, vt ſi in reliquum tempus eum reperiret vnquam ocioſum, quòd ipſum bene

fuſtigatum domo eijcere, & ſeruitio ſuo priuare vellet. Quid fit? famulus ille paulo pòſt ancillam domini vitiat & grauidam reddit. Cumque eam ob rem ab ancilla in iudicium eſſet vocatus, & increpatus à iudice, aliter factum excuſare vel negare non potuit, quàm ſe ideo feciſſe, ne ocioſus reperiretur, ac à domino puniretur. Quare cùm pauper eſſet, nec ab eo facilè quid extorqueri poſſet, ab experto & vaſro, vt ſuſpicor, aduocato inſtructa ancilla dominum, vt qui per ſuam interminationem huic rei occaſionem præbuiſſet, in ius vocat. Ego itaque tametſi quid Iudex prònunciarit, nondum perceperim, exiſtimarem tamen dominum illum non omnino ab hac ancillæ intentione liberum aut ſecurum fore. Qui enim

occaſio-

occaſionem damni dat, damnum de-
diſſe intelligitur. l. qui occidit. §.
vlt. ad l. Aquil. Item occidiſſe vide-
tur, qui mortis quoquo cauſam mo-
do præbuit. l. ita vulneratus. §. j.
ad l. Aquil. Item facere cenſetur,
qui dat occaſionem ad faciendum.
l. etſi amicis. de adulte. l. nihil in-
tereſt. de ſica. glos. in c. ſtudeat. 50.
diſtin. l. Prætor ait. §. ſi cùm ſeruum.
de vi. bo. rapto. Bart. in l. ſed ſi v-
nus. § .j. de iniur. verùm ſi tu hæc
forſan leuiora, quàm quæ opinio-
nem meam poſſint probare, exiſti-
mes, adfero tibi pulchram & no-
tab. doct. & deciſionem, quam re-
fert Bart. in l. ſi quis mihi bona. §.
pater Seio. de acqui. hæred. vbi nar-
rat, nobilem quendam Florentiæ, cùm
ab alio iniuria affectus eſſet, famu-
lo ſuo mandaſſe, ne vnquam domum
redi-

rediret, quin aliquid noui de illo iniuriatore ſibi adferret. Id quod famulus, vt quàm rectiſſimè exequeretur, illum heri ſui inimicum occidit, ac domum reuerſus id ei tanquam rem nouam nunciauit. Sed ob id ille nobilis, qui mandato ſuo occaſionem necis dederat, capite plexus eſt. Eſt autem hoc vſque adeo verum, vt tametſi ita nominatim mandaſſet, ne ſine nouis de iniuriante domum rediret, aut ne ocioſus reperiretur, atque expreſſè ne occideret, aut impregnaret ancillā, addidiſſet, prout in ſimili eſt eleg. tex. in l.1.§.magiſtrum autem. vers. finge enim. de exercit. actio. nihilominus tamen de occiſo, vel de impregnata teneri mandantē do. Matheſ. ſing. ſuo. 188. mandādo enim occaſionem ad hoc quod factū eſt, præbuiſſe intelligi poteſt, ac tale quid

quid euenire poſſe, cogitare debuit, de quo eſt caſus pulcher in terminis ſimillimis. in c. fi. de homicid in 6. quod alleg. ibi Matheſ. Tuam vero, mi Macer, hac quoque de re audire cupio ſententiam. Quod ſi quæ iudicis ea de re ſententia futura ſit, explorauero, faciam te quam primumcertiorem. Vale. Monaci. XIII Calend. Martias. Anno M. D. L X V.

EPISTOLA X. AD LEONEM LEONIum Andegauien. Iureconſultum.

AVdiui te heri, Leoni, in publico præſidis auditorio de fundi poſſeßione principalis tui locò contendentem, cumq́ue eſſetis prope finem, & concluſiones litis, vidi aduerſarium tuum

tuum inſtrumentum tandem produ-cere, quo viſo abſque omni contro-uerſia ei dicti fundi litigioſi poſſeſſio adiudicata fuit. Quare cùm tu pru-denter perſpiceres productum inſtru-mentum litis deciſiuum eſſe, ac ideo ſi de eo principali tuo primùm con-ſtitiſſet, litigaturum eum non fuiſ-ſe diceres, eamque ob rem ab ad-uerſario tuo, qui illud inſtrumentum tam diu ſuppreſſerat, litis expenſas peteres, laudaui tacitè induſtriam tuam; cunque nihil allegares, libu-it mihi ea de re perquirere, nec ceſ-ſaui donec reperi Cyn. id ipſum ità decidentem in l. vnica. C. vt quæ de-ſunt aduo. Eamque deciſionem ti-bi amico meo communicare, ſi eam forte in promptu nunc non habeas, volui, cui ex contrario eſt affinis e-leg. doctri. Bart. in l. ſi quis infi-ciatus.

ciatus. de pœn. Quod ſi appellans noua inſtrumenta vel atteſtationes produci videat, quibus ſuccumbere ſe intelligit, & ſtatim liti & cauſæ renunciat, in expenſis condemnari non debet, idem Bart. in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. quod verum puto niſi ſint illæ atteſtationes in facto proprio illius renunciantis. Sic enim eſſet in dolo, & expenſas merito ſolueret. l. eum quem temere. de iudi. Vale. Andega. III Septemb. Anno

M. D. L X I.

EPI-

EPISTOLA XI.

AD SAMVELEM Quicchelbergum virum doctiſsimum.

CVm proxime ad me pranſum veniſſes, Samuel Quicchelberge, ac tibi ex voto ea die carnes comedere non eſſe licitum narraſſes, impoſitura tibi vxor mea præter oua olus appoſuit, in quo lardum fuerat decoctum, cumq́ue tibi id poſtea indicaſſet, te præter voti obligationem eo ipſo egiſſe exiſtimabas, neq; ego tũ aliter ſentiebã. Verùm poſtea cùm ea de re quid canones noſtri ſentirent perſpexiſſem, inueni te præter votum vſque adeo non feciſſe, vt tametſi ipſummet vnà cum olere comediſſes lardum, ſecurus eſſes. Eſt enim tex. in c. preſbyter.

82. di-

82.diſtin.qui dicit ijs diebus quibus o-
ua, caſeumq́ue licitè quis comedit,
ſanguine,id eſt, lardo eum quoque re-
ctè veſci poſſe,et hoc ipſum ibi.glos.ex
eo tex.colligit.Eſt alia glos.quæ idem
ſentit in c.admonere.33.q.2. & rectè
meo iudicio,cùm lardum non ſit caro,
nec carnis nomine lardum comprehen
datur.Id quod verum eſſe do.Bart.per
illum tex.in l.j.C.de erogat.mili.anno.
lib.XII. ibi enim carnes & lardum,
vinum & acètum ponuntur vt diuer-
ſæ ac ſeparatæ ſpecies.fa.mētionē Bar
bat.in l.j.§. ſi quis ſimpliciter in 9.col.
de verb.obli.itidem glos.eleg.in c.cum
inſtantia.in verbo,prægrauari.de cen-
ſib. Hæc tecum iocari libuit Quicchel-
berge, ne conſcientia tua diutius gra-
uata permaneat. Vale. Monaci.Pri-
die Cal.Maias.Anno M.D.LXV.

EPISTOLA XII. AD STEPHANVM Sturmium ll. candidatum.

REctè quidem ad eam, quæ tibi à me propoſita eſt, queſtionem generaliter reſpondiſti, Sturmi. Neque enim ex eo quis lucrum ſperare debet, quo pœnam meruit. l. ſiue hæreditaria. de nego. geſt. eſt exemplum eleg. in l. ſi cui in prouincia. de maio. Atqui conſtat hodie marito non licere vxorem in adulterio deprehenſam occidere. l. nec in ea. de adulter. imo eã incurrere pœnam, vt ſi humili loco natus ſit, in opus perpetuum tradatur, ſin honeſtior in inſulam relegetur. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. eo. tit. de adulte. conſequens igitur eſt maritum qui vxorem in adulterio deprehenſam

henſam occiderit, dotem minime lucrari. de quo tex. eſt. apertiſs. in l. ſi ab hoſtibus. in fi. ſol. matri. Id quod etiam argumento huiuſmodi generali probari poſſe exiſtimo, quòd ſi quis id, etiã iure permittente, authoritate tamen propria faciat, propter quòd aduerſarius eius, vel mortis periculum vel magnũ aliquod, & corporale ſuppliciũ incurrat, intelligitur ſanè authoritati ciuili ſibi ad merã pœnã pro eius delicto competenti, eo ipſo facto renunciaſſe. Qua de re nobis pulchrum proponit exemplum Iulianus noſter: ſi quis furem ad præfectum vigilum deducat, inquit, & ibi determinetur, vt rem tantùm furtiuam fur reſtituat, ſublatam eo modo eſſe furti actionem, eò quòd in periculum maioris pœnæ deductus ſit fur. l. interdum fur. §. qui furẽ. de furtis. Videtur enim ea ipſa inciuili

& dura deductione maiorem illam pœnam pro duplo, vel quadruplo elegiſſe. vt rectiſſ. ibi Azo in verbo, pœnæ colligit. Sic in ſimili ſi appellans appellatione adhuc pendente aduerſarium ſpoliet, videtur appellationi renunciaſſe. c. non ſolum. & ibi glos. de appellat. in VI. ita tenet Inno. in c. ex parte. de præſcriptio. & Bal. in l. præſcriptione. in x. col. C. ſi cont. ius vel. vtili. publi. Atque de his omnibus meo iudicio dubitari non debet, ſed id quod in mea quæſtione præcipuum fuerat, cōtrouerti poteſt, cùm conſtet maritum, qui vxorem in adulterio deprehenſam occidit, dotem nō lucrari, an ſi ex forma ſtatuti, conſuetudinis vel pacti certam partem dotis lucrari maritus prædecedēte vxore debeat, & vxorē occidat, ſimiliter illam portionem nō lucretur. Ac tametſi Bartolus dicat per il. tex.

quòd

quòd exiſtente ſtatuto, vt prædecedē-te vxore maritus certam dotis partem lucretur, eum non lucrari portionem illam, ſi vxorem occiderit, nō aliter atque ſubſtitutus ab hæreditate excluditur, ſi eius facto inſtitutus decedat. in l. ſi ab hoſtibus in fi. ſol. matri. exiſtimarem tamen etiam cōtrarium defendi poſſe, quia cùm ex ſtatuto, cōſuetudine vel pacto ea portio illi competat, non videtur ei renunciaſſe, per id quod in adulterio deprehēſam vxorem occiderit. Neq; enim hic vſque adeo delictū exaſperandū, ſed potius cō ſiderādū eſt, habere maritū partē illā dotis, quādocunq; prædecedat vxor, ex ſtatuto, cōſuetudine vel pacto, præſertim cùm in tanto facinore, id eſt, adulterio deprehenſa ſit vxor. ſecun. notab. tex. in l. qui ſeruum. de verb. obligat. Quam ſententiam ita etiam te.

Aa iij Math.

Math. Matheſil. ſing. ſuo. 73. qui & hanc eius rationem adfert, quod maritus hoc caſu noſtro videatur habere titulum lucratiuũ, ſed onerοſum propter onera matrimonij præterita. l. ſi donaturus. §. fi. & ibi glos. de condict. cauſa dati &c. addo ego aliam, quia facilius delinquitur in ius commune, quàm ſtatutarium, id eſt, non ita faci le committuntur, quæ per ſtatuta com petunt & pacta, quàm quæ ius commune nobis tribuit, cùm ſtatuta derogent iuri communi, & ſtrictè ſint intelligenda & ſeruanda. c. pen. de iniur. Sed & in hoc caſu noſtro pars tãtum dotis, non integra dos conſideranda venit, vt vel hoc modo facilius concedi poſſe videatur, cùm parui non ita magna vt magni ratio habeatur. l. 3. §. quamuis. ſi cui plus quam per Falci. &c. Cuius rei pulch. exemplum trad.

idem

idem Matheſil. ſing. ſuo. 135. Verum hæc ego non ita obſtinate de feudo, quin ſi tu vel quis alius aptiora dicat, non cedere potius, quàm contendere malim. Vale Monachij. Idib. Maij. Anno M.D.LXV.

FINIS.

MATERIAE EPISTOLARVM.

IN LIB. I.

		Epiſt.	Pag.
	Locationis & conductionis	1	1
	Vſurarum	2	13
	Feudali	3	26
	Baptiſmi	4	34
	Vſurarum	5	44
In mate-	Priuilegiorum	6	66
ria	Adoptionis	7	75
	De legum antinomijs	8	82
	Teſtamentorum	9	87
	Vſurarum	10	95
	Tranſactionis	11	102
	Succeßionis	12	107

IN LIB. II.

		Epiſt.	Pag.
	Interpellationis	1	115
	Primogenituræ	2	133
In mate-	Teſtamentaria	3	145
ria	Decreti facti	4	155
	Rerum furtiuarum	5	165

Aa 5 Clauſula

	Clauſulæ derogatoriæ	6	170
In mate-	*Rei furtiuæ*	7	173
ria	*Locationis*	8	176
	Mutui	10	182

IN LIB. III.

		Epiſt.	Pag.
	Pactorum	2	210
In mate-	*Succeßionum*	5	228
ria	*Emphiteuſis*	10	270
	Doli, et fraudationis creditorũ	11	280

IN LIB. IIII.

		Epiſt.	Pag.
	Donationis cauſa mortis	1	297
	Matrimoniali	2	306
In mate-	*Teſtamentariorum*	3	311
ria	*Renunciationis*	4	321
	Legatorum	5	330
	Tranſactionis	6	337
	Succeßionis	7	340
	Vſusfructus legati	8	347

AD IVRIS STVDIOSVM Iohannes Coruerus Ruremundanus.

Qvamlibet immēſa rerū grauitate refertus
Ille liber poſſet laudibus ire ſuis,
Cùm tamē hunc dignum propter ſua dona viderē,
Quem legeret Iuris turba dicata choro,
Addere me ſtimulos currentibus ipſa coegit
Muſa vel in paucos officioſa modos.
Sponte ſua ad palmæ contendet ſæpe coronam,
Si tamen inſtiges, acrius ibit equus.
Cura ſit hunc igitur ſtudioſa Iuuenta libellum
Aſſidua & vigili ſuſtinuiſſe manu.
Non dubito ſocium quin ſi tibi feceris vſu
Ille tibi ob varias ſit placiturus opes.
Continet his ſpecies & multa negocia iuris,
Obuia quæ noſtris litibus eſſe ſolent.
Continet hic imis penetralibus eruta legum
Conſilia in dubio ſæpe ſequenda foro.
O ſatis Aurpachi Doctor celebrate per artes
Carmina ſunt meritis noſtra minora tuis.
Hinc ventura tuum nomen mirabitur ætas,
Atque erit officij gratia viua tui.
Ergo cape oblatos huius Studioſe labores,
Qui cum laude ſequi iura ſacrata voles.
Inuenies illis, cauſas tractando forenſes,
Tanta vix alios vtilitate pares.

ANT 131977F